

in est libet quoniam fidei
enies qui sibi praesertim
enies qui sibi praesertim
fidei. Ihesus utra cum uero
prius facit deo sed natura facit
utrumque nescit ad interficiendam
aut tam paternitatem pfectum. **C**re-
dibilis est **H**ec est agnum
quod spirat est si ultro ostiens hunc
cum omni domini omnia regantur

1. **Quia** **amoris** **uero** **spiritus** **sancti** **lumen** **in**
2. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
3. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
4. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
5. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
6. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
7. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
8. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
9. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**
10. **lumen** **in** **spiritu** **sancto** **amoris** **uero** **quia** **amoris**

Ecclesiæ



J 3, 714

M· T· CICE-
RONIS DE LEGI

*bus Libri III. in gratiam studioz
forum ex alijs eius operibus
separati.*

*Castigationes aliquot locorum Petri Vi-
ctorij ad calcem adiecimus.*



COLONIAE AGRIPPINAE
Excudebatur Gualthero Fabricio IV.L.
M. D. LVIII.

principia formae legi - quin et ceteris
et legi non definiri.

Si quis voluntate et cognitio non
honestus et licet legi operari possit
cognoscere et ratione et voluntate honestus
operari non possit.

Honestus dignitas ex anima et
ex virtute velut ex fabri
et ex corporis minuta
ex fine etiam non. omnia
etiam est etiam prius.

M. T. CICERONIS

de Legibus liber primus.

T. Pom. Atticus. Q. Frater. M. T. Cicero.



V C V S quidem ille, & hec Ar-
pinatum quercus agnoscitur, se-
pè à me lectus in Mario, si manet
illa quercus, hec est profecto:
et enim est sance uetus. Q V I N-
T V S. Manet uero Attice no-
ster, & semper manebit: sata est enim ingenio, nullius
autem agricultu*re* cultu stirps, tā diurna, quam poē-
te ueru*s* seminari potest. Atti. Quo tandem modo
Quintus aut quale est istud, quod poētæ serunt? mihi
enim uideris fratrem laudando suffragari tibi. Quin.
Sit ita sance. ueruntamen dum Latinæ loquentur lite-
re: quercus huic loco non deerit, que Mariana dica-
tur: eaq; (ut ait Scæuola) de fratribus mei Mario canes-
cet seculis innumerabilibus. nisi fortè Athenæ tue
sempiternam in arce oleā tenere potuerunt: aut quod
Homericus Vlysses, Deli se proceram & teneram pal-
mam uidisse dicit: hodiè monstrant eandem: multaq;
alia multis locis diutiū commemoratione manent,
quam natura stare potuerunt. Quare glandifera illa

A 2 quer-

DE LEGIBVS

quercus, ex qua olim euolauit

Nuncia fulua louis miranda uisa figura,

Nunc sit hæc, sed cùm eam tempestas uestuſtas' ue conſumpſerit, tamē erit his in locis quercus, quā Maria-
nam quercum uocent. Atti. Nō dubito id quidem: sed
hæc iam non ex te Quinte quæro, uerū ex ipſo poē-
ta, tui ne uerſus hanc quercum ſeuerint: an ita factum
de Mario, ut ſcribis, acceperis? MARCVS. Reſpon-
debo Attice tibi quidem: ſed non antequam tu ipſe
mihi reſponderis: certè non longè à tuis ædibus inam-
bulās post excessum ſuū Romulus Proculo Iulio dixe-
rit, ſe Deum eſſe: et Quirinum uocari: templumq; ſibi
dedicari in eo loco iuferit: & uerū ne fit Athenis nō
longè item à tua illa antiqua domo Orithyiam aquilo
ſuſtulerit: ſic enim eſt traditum. Atti. Q[uo]d uerſum tan-
dē, aut cur iſta queriſe? M. Nihil ſane, niſi ne nimis di-
ligenter inquiras in ea, que iſto modo memoriae ſint
prodita. Atti. Atqui multa querunt in Mario facta
et nonnulli ne an uera ſint: et ~~et~~ nonnullis, quod et in receti me-
moria, et in Arpinati homine, ſed ueritas à te poſtula-
tur. M. Et me herculè ego me cupio non mendacē pu-
tari: ſed tamen nonnulli iſti Tite noſter faciunt impe-
ritè, qui in iſto opuſculo non ut à poëta, ſed ut à teſte
ueritatem exigat: nec dubito quin iſdem, et cum Ege-
ria collocutum Numam, et ab aquila Tarquinio api-
cem imposiſtum putent. Q. Intelligo te frater alias in
hifto-

L I B E R . P R I M U S .

historia lēges obseruandas putare, alias in poēmate.
M. Quippe cūm in illa ad ueritatem quæq; referantur, in hoc ad delectationem pleraque: quanquam apud Herodotum patrem historiæ, et apud Theopomum sunt innumerabiles fabule. At. Teneo quā optabam occasionem, neque omittam. Mar. Quam tandem Titus Atti. Postulatur à te iamdiu, uel flagitur potius historia: sic enim putant, te illam tractante effici posse, ut in hoc etiam genere Græciae nihil cedamus. atque ut audias quid ego ipse sentiam: non solum mihi uideris corum studijs, qui literis delectantur, sed etiam patriæ debere hoc munus: ut ea, quæ salua per te est, per te eundem sit ornata. abest enim historia literis nostris, ut & ipse intelligo, & ex te persepe audio. potes autem tu profecto satisfacere in ea: quippe cūm sit opus, ut tibi quidem uideri solet, unum hoc oratorium maximè. Quamobrem adgredere quæsumus: & sume ad hanc rem tempus: quæ est à nostris hominibus adhuc aut ignorata, aut relictanam post annales Pontificum maximorum, quibus nihil potest esse nudius, si aut ad Fabiū, aut ad eum qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Vennonium uenias: quanquam ex his aliis alio plus habet virium: tamen quid tam exile quam isti omnes? Fannij autem etate coniunctus Antipater paulo inflauit uehementius.

A 3 habuitq;



DE LEGIBVS

habuitq; uires agrestes ille quidem, atq; horridas, sine
nitore, ac palestra: sed tamen admonere reliquos po-
tuit, ut accuratius scriberent. Ecce autem succēdere
huic Belli Clodius, † Asellio, nihil ad Cælum: sed potius
ad antiquorum languorem, atq; inscitiam. Nam quid
* nume- Acciū* memorem: cuius loquacitas habet aliquid ar-
nem: gutiarū: nec id tamen ex illa erudita Græcorū copia,
† multas sed ex librariolis Latinis. In orationibus autem † mul-
ticas tuas & ineptas, ad summam impudentiam. Sisenna eius
elatio sum amicus omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui for-
mā impū tē nondum édiderunt, de quibus existimare non possu-
dentiam. mus, facile superauit. Is tamen neque orator in nume-
ro uestro unquam est habitus: & in historia puerile
quiddam conjectatur: ut unum Clitarchum, neq; pre-
terea quenquam de Grecis legisse uideatur: cum ta-
men uelle duntaxat imitari: quem si adsequi posset,
aliquantum ab optimo tamen abesse. Quare tuum est
munus, hoc à te expectatur: nisi quid Quinto uide-
tur secus. Q. Mihī uero nihil: & sçpē de isto collocu-
ti sumus: sed est quædam inter nos parua dissentio.
†. Q. tandem? Q. A quibus temporibus scribendi
† capiat capiatur exordium. Ego enim ab ultimis cēso: quo-
niā illa sic scripta sunt, ut ne legantur quidem: ipse
autem & qualēm & tatis suę memoriam depositit: ut ea
completetur, quibus ipse interfuit. Atti. Ego uero
huius potius adsentior: sunt enim maximæ res in hac
memo-

LIBER PRIMVS.

memoria atque etate nostra. tum autem hominis amiciissimi Cn. Pompei laudes illustrabit. incurret etiam in illum memorabile annum suum * quem ab isto malo predicari. quād ut aiunt de Remo. & Romulo. M. * quo intelligo equidē à me istum laborem iamdiu postulari Attice: quē non recusarem. si mihi ullum tribueretur uacuum tempus & liberum. neque enim occupata opera. neq; impedito animo. res tāta suscipi potest. A. Vtrūq; opus est. et cura uacare. et negocio. Q. Quidē ad cetera. quae scripsisti plura. quād quisquam ē nostris. quod tibi tandem tempus uacuū fuit concessum? M. Subcisiua quædam tempora incurunt: quæ ego perire non patior: ut si qui dies ad rusticandum dati sint. ad eorum numerum adcommodentur. quæ scribimus. histōria uero nec institui potest. nisi præparato ocio: nec exiguo tempore absolui: & ego animi pendere soleo. cū semel quid orsus. si traducor aliō: neque tam facile interrupta contexo. quād absoluo instituta. Atti. Legationem aliquam nimirum historia postulat. aut eiusmodi quampliam * cessationem libera-
ram. atque ociosam. M. Ego uero etatis potius uacationi confidebam: cūm præsertim non recusarem. quo minus more patrio sedens in solio consulentibus responderem: senectutisq; non inertis grato atque honesto fungerer munere. sic enim mihi liceret. & ita rei quā desideras. & multis uberioribus atq; maiori-

A 4 bus

DE LEGIBVS.

bus opere quantum uellem dare. Atti. Atqui uereor ne istam causam nemo noscat: tibi que semper dicendum sit: & eò magis, quòd te ipse mutasti: & aliud dicens genus instituisti: ut quemadmodum Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cātu cecinerat, ipsasq; tardiores fecerat tibias: sic tu à contentionebus, quibus summis utisolebas, quotidie relaxes aliqd: ut iam oratio tua non multū à Philosophorum lenitate absit. quod sustinere cū uel summa senectus posse uideatur: nullam tibi à causis uacationem uideo dari.

Q. At me hercle ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad ius respondendū dedisses. Quam obrem, cùm placebit, tibi experiendum censeo. M. Id si quidem Quinte nullum esset in experiendo periculum. sed uereor ne dum minuere uelim laborem, augeam: atq; ad illam causarum operam, ad quam ego nunquam nisi paratus, & meditatus accedo: adiungatur hęc iuris interpretatio, quæ non tam mihi molesta sit propter laborem, quam quòd dicendi cogitationem auferat: sine qua ad nullam maiorem unquā causam sum ausus accedere. Atti. Quin igitur ista ipsa explicas nobis his subsciuis, ut ais, temporibus: & conscribis de iure ciuili subtilius quam ceteri: nam à primo tempore etatis iuri studere te memini: cùm ipse etiam ad Sc̄euolam uentitarem: neque unquam mihi uisus es itate ad dicendum dedisse, ut ius ciuile contem-

LIBER PRIMVS.

contemneres M. In longum sermonem me ~~terram~~ At tuocas
 tice: quem tamen nisi Quintus aliud quid nos agere
 mault, suscipiam: & quoniam uacui sumus, dicam.
 Q. Ego uero libenter audierim: quid enim agam po-
 tius: aut in quo melius huc consumam diem? M. Quin
 igitur ad illa spacia nostra, sed esq[ue] per gimus, ubi cum
 satis erit deambulatum, requiescemos: nec profecto
 nobis delectatio deerit, aliud ex alio querentibus?
 Atti. Nos uero et hac quidem adire, si placet, per ri-
 pam & umbram. sed iam ordire e: plicare queso, de
 iure ciuili quid sentias. M. Ego memini summos fuisse
 in ciuitate nostra uiros, qui id interpretari populo, et
 trespōdere soliti sint. sed eos magna professos in par- + respon-
 uis esse uersatos, quid enim est tantum, quantum ius sitare
 ciuitatis: quid autem tam exiguum, quam est munus
 hoc eorum, qui consuluntur? Q. Atqui est populo ne-
 cessariū. M. Nec uero eos, qui ei muneri praeſuerunt,
 uniuersi iuris expertes fuisse existimo: sed hoc, ciui-
 le quod uocant, eatenus exercuerunt, quoad populo
 preſtare uoluerunt. id autem incognitum est, minusq[ue] + minusq[ue]
 in usu necessarium: quamobrem quod me uocas? aut abundat
 quid hortaris: ut libellos conficiam de stillicidiorum, aliās.
 ac de parictum iure? aut ut stipulationum, et iudicio-
 rum formulas componam? que & conscripta sunt à + Atqui
 multis diligenter: et sunt humiliora, quā illa que à no- abundant
 bis expectari puto. Atti. + Atqui si queres, ego quid aliās.

A 5 , expe-



DE LEGIBVS

fsatis
abundat
dilis.
C. plato
disputas.
*m. nigrus
ad leg.*
expectem, quoniam scriptū est à te + satis de optimo
Reipub. statu: consequens esse uidetur, ut scribas tu
idem de Legibus, sic enim fecisse video Platonem illum
tuum, quem tu admiraris: quem omnibus anteponis:
quem maximē diligis. M. Vis' ne igitur, ut ille Cretē
cū Clinia, et cum Lacedemonio Megillo, & filio quem
admodum describit dic, in cupressetis Gnosiorum, &
spacijs sylvestribus crebro insistens, interdum acqui-
escens, de institutis rerum publicarum, ac de optimis
legibus * disputat: sic nos inter has procerissimas po-
pulos, in uiridi opacaq; rpa inambulantes, tum au-
tem residentes, queramus iisdem de rebus aliquid u-
berius, quam forensis usus desiderat: Atti. Ego uero
ista audire cupio. M. Quid ait Quintus? Q. Nulla de
re magis. M. Et recte quidem, nam sic habetote: nul-
lo in genere disputand⁹ honeste patefieri, quid sit ho-
mini natura tributum: quantam uim rerum optima-
rū mens humana continet: cuius muneris colendi, effi-
ciendiq; causa nati, & in lucē éditi sumus: quæ sit con-
iunctio hominum, quæ naturalis societas inter ipsos.
his enim explicatis, fons legum, & iuris inueniri po-
test. A. Nō ergo à prætoris edicto, ut pleriq; nūc, neq;
à XII tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima
philosophia hauriendam iuris disciplinam putas? M.
Non enim id queris hoc sermone Pomponi, quem ad-
modum caueamus in iure: aut quid de quaq; consulta-
tione

LIBER PRIMVS.

tione respondeamus. sit ista res magna, sicut est: quæ
quondam à multis claris iuris, nunc ab uno summa
authoritate, et scientia sustinetur + sed noris ista. com + sed no-
plectenda in hac disputatione tota causa uniuersi iu-
ris est ac legum: ut hoc, ciuile quod dicimus, in par-
tum quendam, & angustum locum concludatur. na-
tura enim iuris nobis explicanda est: eaq; ab hominis
repetenda natura: considerande leges: quibus ciuita-
tes regi debeat: tum hæc tractanda. quæ composita
sunt, & descripta, iura, & iussa populorum: in qui-
bus ne nostri quidem populi latebunt, quæ vocantur
iura ciuilia. Q. Altè uero, ut oportet, à capite frater
repetis quod querimus: & qui aliter ius ciuile tra-
dunt, non tam iustitiae, quam litigandi tradunt uias.
M. Non est ita Quinte: ac potius ignoratio iuris litig-
iosa est, quam scientia. sed hec posterius: nunc iuris
principia uideamus. Igitur doctissimis iuris profici-
sci placuit à lège, haud scio an rectè, si modò, ut idem
definiunt, Lex est ratio summa insita in natura: que
iubet ea quæ facienda sunt: prohibetq; contraria. ca-
dem ratio cum est in hominis mente confirmata, &
confecta, lex est: itaq; arbitrantur prudentiam esse
legem: cuius ea uis sit, ut rectè facere iubeat, ueret de
linquere: eamq; rem illi Greco putant nomine suum
cuique tribuendo appellatam: ego nostro à legendō.
nam ut illi equitatis, sic nos delectus uir in lège poni-
mus: &



DE LEGIBVS

mus: & proprium tamen utrumque legis est: quod si ita recte dicitur (ut mihi quidem plerunque uideri solet) à lege ducendum est iuris exordium. Ea est enim naturae uis: ea mens, ratioq; prudentis: ea iuris atq; iniuriæ regula. sed quoniam in populari ratione omnis nostra uersatur oratio: populariter interdū loqui necesse erit: & appellare eā legē, quæ scripto sancit quod uult, aut iubendo, aut uetando, ut uulgas appellat, cōstituendi uero iuris ab illa summa lege capia mus exordiū: quæ seculis omnibus antē nata est, quam scripta lex ulla, aut quam omnino ciuitas constituta.

Q. Commodius uero, & ad rationem instituti sermonis aptius. M. Vis' ne ergo ipsius iuris ortum à fonte repetamus, quo inuenio non erit dubium, quō sint haec referenda quæ querimus? Q. Ego uero ita faciendum esse censeo. Atti. Me quoque adscribe fratris sententiae. M. Quoniam igitur eius reipublicæ quam optimam esse docuit in illis sex libris Scipio: tenendus est nobis, & seruandus status: omnesq; leges accommodandæ ad illud ciuitatis genus; serendi etiam mores: nec scriptis omnia sancienda: repetam stirpem iuris à natura: qua duce est nobis omnis disputatione explicanda. Atti. Rectissime: & quidem ista duce errari nullo pacto potest. M. Das' ne igitur hoc nobis Pomponi (nam Quinti noui sententiam) deorum immortalium ui, natura, ratione, potestate, mente, nu-

stirps
in iuris
in natura

1811. c. 100. - 16. mine
cti.

LIBER PRIMVS.

mine, siue quod est aliud uerbum, quo planius signifi-
cem quod uolo) naturam omnem ~~diuum~~ regis nam ~~t~~ diuini-
si hoc no probas * a Deo nobis causa ordienda est po-
tissimum. Atti. Do sanè si postulas: etenim propter * ab eo
hunc concentum auium, strepitumq; fluminum, non
ueror condiscipulorum ne quis exaudiat. M. Atqui
cauendum est. solent enim (id quod uirorum honorum
est) admodum irasci. nec uero ferent si audierint te *
primum caput libri optimi prodidisse, in quo scri-
psit: Nihil curare Deum nec sui nec alieni. Atti. Per-
ge quæso: nam id quod tibi concessi, quorsum perti-
neat expecto. M. Non faciam longius: ⁴⁰⁰⁰
huc enim per-
tinet, animal hoc prouidu, sagax, multiplex, acutum,
memor, plenum rationis, & consilij, quem uocamus
hominem, preclara quadam conditione generatum
esse a summo Deo. solum est enim ex tot animantium
generibus, atque naturis, particeps rationis & cogi-
tationis, cum cætera sint omnia expertia. quid est au-
tem non dicam in homine, sed in omni coelo, atq; ter-
ra, ratione diuinius? que cum adoleuit, atque perfe-
cta est, nominatur ritè sapientia. Est igitur, quoniam
nihil est ratione melius eaq; & in homine & in Deo:
prima homini cum Deo rationis societas. inter quos
autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio commu-
nis est. que cū sit lex: lege quoq; consociati homines
cum diis putandi sumus. inter quos porro est commu-

Rationis
partem
sapientia.

hominis
in lego dno
homo sapientia.

- 1. secundus hinc uero nio
- 2. pars
- 3. lxx.
- 4. in uero.

DE LEGIBVS

niō legis: inter eos communio iuris est. quibus autem
hac sunt inter eos communia, & ciuitatis eiusdem
habendi sunt. si uero ijisdem imperijs & potestatibus
parēt: multotetiam magis parent huic cœlesti descri-
ptioni, mentiūq; diuina, & præpotenti Deo: ut iam uni
uersus hic mundus una ciuitas communis deorum at-
que hominum existimanda: & quod in ciuitatibus ra-
tione quadam, de qua dicitur idoneo loco, agnatiōni
bus familiarium, distinguuntur status: id in rerum natu-
ra tanto est magnificentius tantoq; præclarius, ut ho-
mines deorum agnatione & gente teneantur. nam cum
de natura hominis queritur, disputari solēt nimirum
ita sunt tista: perpetuis cursibus, cōuersionibus cœlestibus, ex
ut dispu- titisse quandāt materiā serendi generis humani: quod
tantur. sparsum in terras, atq; satum, diuino auctum sit ani-
matu- morum munere: quanquam alia quibus coherent, ho-
bates
mines ē mortali genere sumpserunt, quæ fragilia es-
sent & caduca: animum esse ingeneratum à Deo: ex
quo uerē uel agnatio nobis cū cœlestibus, uel t genus,
uel stirps appellari potest: itaq; ex tot generibus nul-
lum est animal præter hominem, quod habeat notti-
tiam aliquam Dei: ipsiq; in hominibus nulla g̃s est.
neq; tam immanueta, neq; tam fera: quæ non, etiam
signoret qualē habere Deum deceat, tamen haben-
dum sciat. Ex quo efficitur illud, ut is agnoscat Deū.
qui unde ortus sit, quasi recordetur ac agnoscat. Iam
uerō

Gianni igne et.

LIBER PRIMUS.

uerò virtus eadem in homine ac Deo est: neq; ullo alio
ingenio præterea. est autem virtus nihil aliud quam in
se perfecta, & ad sumnum perducta natura. est igitur
homini cum Deo similitudo. Quod cū ita sit, que
tandē potest esse propior certior' ue cognatio? ita q;
ad hominum commoditates, & usus tantam rerum
abertatem natura largita est, ut ea quæ gignuntur, do-
nata consultò nobis, non fortuitò nata videantur: nec
solūm ea quæ frugibus atque baculis terre foetu pro-
funduntur, sed etiam pecudes: quòd perspicuum sit,
partim esse ad usum hominum, partim ad fructum,
partim ad uescendum procreat. artes uero innumer-
abiles reperte sunt, docēte natura. quam imitata ra-
tio res ad uitā necessarias * solerter consecuta est. ip-
sum aut̄ hominem eadem natura non solūm celeritate
mētis ornauit: sed etiam sensus, tanquam satellites at-
tribuit ac nuncios: & rerū plurimarum obscuras * &
necessarias intelligentias endauit, quasi fundamenta
quædam scientiæ: figuramq; corporis habilem, & a-
ptam ingenio humano dedit. Nam cū ceteras ani-
mantæ abiesset ad pastum, solūm hominem erexit.
ad coeliq; quasi cognationis domiciliijq; pristini con-
spectum excitauit: tum speciem ita formauit oris, ut
in ea penitus recorditos mores effingeret: nam et oculi
nimis arguti, quemadmodum animo adficti sunus,
loquuntur: & is qui appellatur uultus: qui nullo in
animan-

Vir mī

* solertia

* nec satia

intelligen-

tias enu-

dauit.

*Casa
procur
in spacio
mei uicie*

DE LEGIBVS

animante esse præter hominem potest, indicat mores:
cuius uim Græci norunt: nomen non habent. Omitto
opportunitates, habilitatesq; reliqui corporis: mo-
derationem uocis: orationis uim: quæ conciliatrix est
humanae maximè societatis. neq; enim oīa sunt huius
disputationis, ac temporis: & hunc locum satis, ut
mihi uidetur, in his libris quos legistis, expreſſit Sci-
pio. Nunc quoniam hominem, quod principium reli-
quarum rerū esse uoluit, generauit & ornauit Deus,
perſpicuum fit illud (ne omnia differantur) ipsam per-
se naturam longius progredi: quæ etiam nullo docen-
te profecta ab ijs, quorum ex prima & inchoata in-
telligentia genera cognouit, confirmat ipsa per se ra-
tionem & perficit. Atti. Dij immortales quām tu lon-
gē iuris principia repetis: atq; ita ut ego nō modò ad
illa non properem, quæ expectabam à te de iure ciu-
li: sed facile patiar te hunc diem uel totum, in isto ser-
mone consumere: sunt enim hæc maiora, quæ aliorum
causa fortasse complecteris: quām ipsa illa, quorum
hæc causa præparatur. M. Sunt hæc quidem magna,
quæ nunc breuiter attinguntur: sed omnium, quæ in
hominum doctorum disputatione uersantur, nobilest
profecto præstabilius, quām plane intelligi nos ad iu-
sticiam esse natos: neq; opinione, sed natura constitu-
tum esse ius. id iam patebit, si hominum inter ipsos so-
cietatem, coniunctionemq; perſpexeris. nihil est enim
unum



L I B E R D P R I M U S.

unum uni tā simile, tam par, quām omnes inter nos
metip̄os sumus. Quōd si deprauatio consuetudinū, si
opinionum + uanitas non imbecillitatem animorum + uarietas
torqueret, & flecteret quocunq; cōpisset, sui nemo
ip̄e tam similis esset, quām omnes sunt omnium. Itaq;
quocunq; est hominis definitio, una in omnes ualeat.
quod argumenti satis est, nullam dissimilitudinem esse
in genere, quae si esset, non una omnes diffinitio conti-
neret. Etenim ratio, qua una p̄stamus beluis, per
quam conjectura ualeamus, argumentan̄ur, refellimus,
differimus, conficimus aliquid, concludimus, certè est
communis: doctrina differens, discendi quidem facul-
tate par. Nam et sensibus eade omnia comprehendun
tur: & ea quae mouent sensus, itidem mouent sensus
omnii: quæq; in animis imprimuntur, de quibus ante
dixi, inchoat̄ intelligentiae, similiter in omnibus im-
primuntur: interpresq; est mentis oratio, uerbis dis-
crepans, sententijs congruens. nec est quisquam gentis
ullius, qui ducem + naturam nactus ad uitutem per-
+ naturā
uenire non posse. nec solum in rectis, sed etiam + pra-
uis actibus insignis est humani generis similitudo. aliás
nam & uoluptate capiuntur omnes: que & si est ille-
+ in pra-
cebra turpitudinis, tamen habet + quiddam natura-
lis boni. lenitate enim & suauitate delectat: sic ab er-
rore mentis tanquam salutare aliquid adsciscitur: si-
+ quiddā
miliq; inscitia mors fugitur, quasi dissolutio naturae: tur. boni.

B uita



DE LEGIBVS

ita expetitur: quia nos in quo nati sumus continet; dolor in maximis malis ducitur, cūm sua asperitate, tum quōd natura interitus uidetur sequi. propter honestatis, & glorie similitudinem, beati, qui honorati sunt, uidentur: miseri autem, qui sunt inglorijs, molestie, leticie, cupiditatem, timores, similiter omnium vates abūmentes perusagantur: nec si opiniones aliae sunt apud dat aliās. alios, idcirco qui canem & felem ut deos colunt, non eadem superstitione qua ceterae gentes conflictantur. Quæ autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum, & beneficij memorem diligit, quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur: non odit: quibus ex rebus, cūm omne genus hominum sociatum inter se esse intelligatur, illud extremū est, quod recte uiuendi ratio meliores efficit. quæ si approbat, perga ad reliqua, si quid requiritis, id explicemus prius. At. Nos uero nihil, ut pro utroq; respondeā. M. Sequitur igitur ad participandum aliū ab alio, communicandumq; inter omnes, iustos natura esse factos. Atq; hoc in omni hac disputatōne sic intelligi uolo, q; dicam naturā esse: tantam autē esse corruptelam male consuetudinis, ut ab eataq; igniculi extinguantur à natura dati: exorianturq; & confirmentur uicia cōtraria. Quid si quomodo est natura, sic iudicio homines, humani (ut ait poëta) nihil a se alienum putarent: coleretur ius aequum ab omnibus

quibus
iugurta in nihil tibi
whicū pītōrū, obhōrū in
ut omīlī.

L I B E R P R I M U S.

quibus enim ratio à natura data est: ijsdē etiā recta ratio data est: ergo ex lex, quæ est recta ratio in iubendo et uerādo si lex, ius quoq; at omnibus ratio, ius igitur datum est omnibus: recte, socrates execrari cū solebat, qui primus utilitatem à natura sciunxisset.

id enim querebatur, caput esse exitiorum omniū. Vnde enim illa Pythagoreia uox, τὴ φίλωρ κοινῶς φί De amicis dia πρόσωτα: ex quo perspicitur, cum hæc benevolē tia locus. tiam tam latè longe q; diffusam uir sapiens in aliquem pari uirtute præditum cōtuleritū illud effici, qd' qui busdā incredibile uideatur: si autem necessariū ut nihil sese plus q alterum diligat. quid enim est quod diffe- rat, cum sint cuncta paria? quod si interesse quidpiam tantulum modo potuerit: iam amicitie nomen occi- derit. cuius est ea uis, ut simul atque sibi aliquid quam alteri maluerit, nulla sit. Quæ præmuniuntur omnia reliquo sermoni, disputationiq; nostræ: quô facilius in natura esse possum intelligi posse, de quo cum per pauca dixerim, tum ad ius ciuile ueniam: ex quo hec omnis nata est oratio. Q. Tu uero iam per pauca sci- licet ex ijs enim quæ dixisti Attico, uidetur mihi qui- dem certe ex natura ortum esse ius. Atti. An mihi ali- ter uideri posse, cum hæc iam perfecta sint primum quasi munericibus deorum nos esse instructos, ex orna- tos: secundò autem unam esse hominum inter ipsos ui- uedi parem, communemq; rationem: deinde onines in

+ etiam

Progenies
Iulij
Lorenz.

DE LEGIBVS

ter se naturali quadam indulgentia, et bencouerantia,
tum etiam societate iuris contineri. Quæ cum uera
esse recte, ut arbitror, concederimus: qui iam licet no
bis, à natura lèges & iura seiungereſ M. Reste dicis:
et res sic se habet. uerum philosophorum more, non
ueterum quidem illorum, sed eorum qui quasi offici
nas instruxerūt sapientiae, quæ fūse olim disputaban
tur, ac liberè: ea nunc articulatim defecta dicuntur,
nec enim satisfieri censem huic loco, qui nunc est in
manibus:niſi separatim hoc ipsum, naturæ esse ius di
ſputarint. At. Et scilicet tua libertas differendi amissa
est: aut tu is es, qui in disputando non tuum iudicium
ſquare, ſed authoritati aliorum pareas: M. Non ſem
per Tite: ſed iter huius sermonis quod fit uides. ad
trei publicæ firmandas, et ſtabiliendas uires, ſanand
dos populos, omnis noſtra pergit oratio. Qyocirca ue
reor committere, ut non bene prouifa, et diligenter
explorata principia ponantur: nec tamen ut omnibus
probetur: (nam id fieri non potest) ſed ut his, qui om
nia recta, atq; honesta per ſe expetenda dixerunt: et
aut nihil omnino in bonis numerandū niſi quod per ſe
ipſum laudabile eſſet: aut certe nullum habendum ma
gnum bonum, niſi quod uerè laudari ſua ſponte po
ſet. His omnibus (ſive in academia uetere cum Speu
ſippo, Xenocrate, Polemone manſerunt: ſive Aristotelem & Theophrastum, cum illis re congruentes, ge
nere

L I B E R P R I M V S.

nere docendi paulum differentes, secuti sunt: siue, ut
Zenoni iussum est, rebus non commutatis, immutau-
runt uocabula: siue etiam Aristonis difficilem, atque
arduam, sed iam tamen fractam, & conuictam se-
sam secuti sunt, ut uirtutibus exceptis, atque uicijs,
catera in summa æqualitate ponerent, his omnibus
hec quæ dixi probantur. sibi autem indulgentes, &
corpori deseruientes, atque omnia quæ sequantur in
uita, quæq; fugiant, uoluptatibus, & doloribus pon-
derantes, etiam si uera dicunt(nihil enim opus est hoc
loco litibus) in hortulis suis iubeamus dicere: atque
etiam ab omni societate reipublicæ, cuius partem nec
norunt ullam, nec unquam nosse uoluerunt, paulisper
faceant rogemus: perturbatricem autē harum om-
nium rerum academiam hanc ab Arcyfela, et Carnea
de recentem exoremus ut fileat. Nam si inuaserit in
hac, quæ satis scitè nobis instructa & composita ui-
dentur, miras èdet ruinas. quam quidem ego placare
cupio, submouere non audeo.

Multa desunt.

Tnam etiam sine illius suffimentis expiati sumus. at ue-
rò scelerum in homines atque impietatum nulla expia-
tio est. itaq; pœnas luunt non tā iudicijs quæ quondam
nusq; erant: hodie multifariam nulla sunt: Tut sint ta-
men, persipè falsa sunt: ut eos agitent, insectentur;
furie, non ardentibus tedis sicut in fabulis, sed ange-

Nam &
in ijs sine
ilius,

&c.

T ubi

fū viu.

ḡm B 3 recon-

DE LEGIBVS

re conscientie, fraudisq; cruciatu. Quod si hoies ab iniuria poena no natura arcere deberet: que na sollicitudo uerzaret impios, sublato supplicioru metus: quorum tam nemo tam audax unquam fuit, quin aut se commissum esse ob iniuriam facinus: aut iusti sui doloris causam aliquam fingeret: defensionemq; facinoris a natura iure aliquo quereret. que si appellare audent impij: quo tandem studio coalentur a bonis. Quod si poena, si metus supplicij, non ipsa turpitudo terret ab iniuriosa facinorosaq; uita, nemo est iniustus: at incauti potius habendi sunt improbi. tum autem qui non ipso honesto mouemur, ut boni uiri sumus, sed utilitate aliqua atq; fructu, callidi sumus, no boni. Nam quid faciet is homo in tenebris, qui nihil timet nisi teste, fuel iudicem: quid in deserto loco, natetus quem multo auro spoliare posset, imbecillu, atq; solum: noster quidem hic natura iustus uir ac bonus, etiam colloquetur: iuuabit, in uia deducet. is uero qui nihil alterius causa facit, & metitur suis cōmodis omnia: uidetis credo quid sit acturus. quod si negabit se illi uitam erupturu, & aurum ablaturum, nunqua ob eam causam negabit quod * id natura turpe iudicet, sed quod metuat ne emanet; id est, ne malu habeat. Orem dignam, in qua non modò docti, ueru etiam agrestes erubescant. Iam uero stultissim illud, existimare omnia iusta esse, que scita sint in populorum institutis,

* ciuam id



LIBER PRIMVS.

ties ab
sollici
quo-
aut à
sui do
facino
ellare
ponis
titudo
inieu
m au
iri, si
us, nō
ihilti
o, na
z, atq;
onus,
ò qui
is om
abit se
uā ob
dicet,
at. O
agre
imare
stitu
tis,

ti, aut legibus. etiam ne si quae sint tyrannorū leges?
si triginta illi Athenis leges imponere uoluissent, aut
si omnes Athenienses delectaretur tyranicis legibus:
nū idcirco hæ leges iustæ haberetur nihil credo ma
gis illa, quam Interrex noster tulit: ut dictator quem
uellet ciuiū, indicta causa impunè posset occidere: est
enim unum ius: quo deuincta est hominum societas:
et quod lex constituit una. qua lex est recta ratio imperandi, atq; prohibendi: quam qui ignorat, is est in-
lx.
justus: siue est illa scripta uspiam, siue nusquam. Quid.
si iusticia est obtēperatio scriptis legibus, institutisq;
populorum: & si(ut idem dicunt)utilitate omnia me-
tienda sunt:negliget leges, easq; perrumpet si pote-
rit is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore. ita
fit ut nulla sit omnino iusticia, si neque natura est: &
ea, qua propter utilitatem constituitur, utilitate alia
conuellitur. Atq; si natura confirmatum ius non crit:
virtutes omnes tollantur. Vbi enim liberalitas ubi pa-
tria charitas ubi pietas: ubi aut bene merendi de al-
tero, aut referendæ gratiae uoluntas poterit existere?
nam hæc nascuntur ex eo, quod natura propensi su-
mus ad diligendos homines: quod fundamentum juris
est: neq; solùm in homines obsequia, sed etiā in Deos
ceremoniæ, religionesq; tolluntur. quas non metu,
sed ea coniunctione, qua est homini cum Deo, conser-
vandas puto. Quod si populorum iussis, si principum

922

B 4 decre-

Fri 1 anno
L. in vī



DE LEGIBVS

ius autem iuris decretis, si sententijs iudicium, iura constituuerentur:
prudentia ius effet latrociniari: ius adulterare: ius testamenta falsa suppōnere: si hæc suffragijs, aut scitis multitudinis probarentur. Quæ si tanta potestas est stultorum sententijs, atque iussis, ut eorum suffragijs rerum natura uertatur: cur non sanciunt, ut que mala, pernitiosaque sunt, habeantur pro bonis, ac salutariibus? aut cur cum ius ex iniuria lex facere posse: bonum eadem facere non posse ex malo? Atqui nos legem bonam à mala nulla alia nisi naturæ norma diuidere possumus. Nec solum ius & iniuria à natura dijudicatur: sed omnino omnia honesta ac turpia, nam & communis intelligentia nobis res notas efficit: easque in animis nostris inchoauit: ut honesta in uirtute ponantur, in uiciis turpia. Ea autem in opinione existimare, non in natura + ponere, dementis est. Nam nec arboris nec equi uirtus quæ dicitur (in quo abutimur nomine) in opinione sita est, sed in natura. quod si ita est, honesta quoque & turpia natura dijudicanda sunt. Nam si opinione uniuersa uirtus, eadē eius etiā partes probaretur: quis igitur prudētem, & (ut ita dicam) catum, nō ex ipsis habitu, sed ex aliqua re externa iudicet: est enim uirtus perfecta ratio: quod certè in natura est: igitur omnis honestas eodem modo. Nam ut uera & falsa, ut consequentia, & contraria, sua sp̄ote, non aliena iudicantur: sic constans, et perpetua ratio uite, que

A sed natura in S. eam; eam
invenimus

L I B E R P R I M U S.

que est uirtus, itemq; inconstantia, quod est uicium,
sua natura probatur. † Nos ingenia iuuenum non ra-
tioe ab ingenita natura uirtute, sed uicia que existit † Nos in-
ab ingenijs iudicamus. An ea non aliter quam honesta genia ius-
& turpia non ad naturam referri necesse erit. Quod uenū non
laudabile bonum est, in se habeat, quod laudetur ne- item ad in-
cessē est. ipsum enim bonum non est opinionibus, sed genia:nā-
natura. nam ni ita esset, beati quoque opinione es- tura uir-
sent, quo quid dici potest stultius? Quare cūm & tutes &
bonum & malum natura iudicetur, & ea sint prim. uicia que
cipia naturae: certè honesta quoque & turpia si existit ab
mili ratione dijudicanda, & ad naturam referenda ingenjs
sunt. Sed perturbat nos opinionum uarietas, homi- iudicabun
numq; dissensio: & quia non idem contingit in sensi- tur.
bus, hos natura certos putamus: illa, que alijs sic, alijs
seculis, nec iisdem semper uno modo uidentur, facta
esse ducimus. quod est longe aliter. Nam sensus no-
stros non parens, non nutrix, non magister, non poë-
ta, non scena deprauat: non multitudinis consensus
abducit: at uero animis omnes tenduntur insidiae, uel
ab his quos modò enumerauit, qui teneros & rudes
cūm acceperunt, inficiunt, & flectunt, ut uolunt: uel
ab ea, que penitus in omni sensu implicata insidet imi-
tatrix boni uoluptas, malorum autem mater omnium
cuius blandicijs corrupti. que natura bona sunt,
quia dulcedine † hac & scabie carent, non cernimus † hæc

B S satis

* : - - - - -
= - - - - -



DE LEGIBVS

satis. Sequitur (ut conclusa mihi iam haec sit omnis oratio) id quod ante oculos ex ijs est, quae dicta sunt; & ius, & omne honestum sua sponte esse expetendum. Et enim omnes uiri boni ipsam aequitatē & ius ipsum amant: nec est uiri boni errare, & diligere, quod per se non sit diligendum. Per se igitur ius est expetendum & colendum. Quod si ius est, etiam iusticia: tunc & reliqua quoque uirtutes per se colenda sunt. Quid liberalitas & gratuita: ne est, an mercenaria: si sine pre mio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta, nec est dubium quin is, qui liberalis, benignus uero diciatur, officium non fructum sequatur. Ergo eadem iustitia nihil expetit præmij, nihil precij: per se igitur ex non sua- petitur. Eademque omnium uirtutum causa, atque sententia est, atque etiam si emolumens non suapte na- uirtus ex virtus expetur, una erit uirtus, que maliciare penditur, etissime dicetur. Ut enim quisque maximè ad suum com- modum referat quæcunque agit: ita minimè est uir bo nus: ut qui uirtutem præmio metiuntur, nullam uirtu tem, nisi malitiam putent. Vbi enim beneficis, si nemo alterius causa benignè facit: ubi gratus, si non cum ipsicer- * ipsum cui referunt gratiam cernunt grati: ubi nunt grati qui re- illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur ferunt gratiam: toto pectore, ut dicitur: qui etiam deserendus & ab iiciendus est, desperatis emolumentis & fructibus. Quo quid dici potest immanius? Quod si amicitia.

per



L I B E R P R I M V S.

per se colenda est; societas quoq; hominum, & aqua-
litas, & iusticia per se expetenda. quod ni ita est, om-
nino iusticia nulla est. id enim iniustissimum ipsum est,
iusticie mercedem querere. Quid uero de modestia,
quid de temperantia, quid de continentia, quid de ue-
recundia, pudore, pudicitia, dicemus? infamiae ne-
metu non esse petulantes, an legum & iudiciorum in
nocentes ergo & uerecundi sunt, ut bene audiant, &
ut rumorem bonum colligant & erubescunt: & pu- Erube-
det impudica loqui. Ac me nimirum istorum philo- scūt pudi-
sophorum pudet, qui nullum uicium uitare, nisi iudi- ci etiam
cio ipso notatū putant. Quid enim possumus eos, qui loqui de
stupro arcentur infamiae metu, pudicos diceret cum pudicitia.
ipsa infamia propter rei & turpitudinē consequatur? à stu-
nam quid aut laudari ritē, aut uituperari potest? si pro
ab teius natura recesseris, quod aut laudandum, aut & formi-
uituperandum putas? an corporis prauitates si erunt dinem
per insignes, habebūt aliquid offensionis, animi defor- & ca-
mitas non habebit? cuius turpitudo ex ipsis uicijs fa* recesser-
eillimē perspici potest. Quid enim fœdius auaritia rit,
quid immanius libidine? quid contemptius timiditas?
quid abiectius tarditate et stulticia dici potest? Quid
ergo eros, qui singulis uicijs excellūt, aut etiam plurimi-
bus, propter damna, aut detrimēta, aut cruciatus ali-
quos miseris dicemus, an propter uim turpitudinē
uiciorū? Quod item ad contrariam laudem in uirtute
dici



q2 ff alio d' expostio, infus i m' et cito
proposito. sed vixit - ut -
ff ab i DE LEGIBVS

† Postre dici potest. † Nam si propter alias res uirtus expetimo
cuniam ne igitur an honores? an forniam? an ualetudinem? que & cum ad sunt, perparua sunt: & quamdiu ad futura sint, certum sciri nullo modo potest. an (quod turpisimum dictu est) uoluptatem? at in ea qui dem spernenda & repudianda uirtus uel maximè cernitur. Sed uidetis ne, quanta series rerum, sententiarumq sit: atque ut ex alio alia nec tantur? quin labebatur longius, nisi me retinuisse. Q. Quò tandem: libenter enim frater ad istam orationem tecum prolaberer. M. Ad finem bonorum, quò referuntur, & cuius adipiscendi causa sunt facienda omnia. Q. Controuersam rem & plenam dissensionis inter doctissimos, M. Sed aliquando tamen iudicandam. Atti.
Qui istud fieri potest? A. Gellio mortuo. Q. Quid
† Quoniā tandem id ad rem? Atti. † Quia me Athenis audire Athenis ex Phædro meo memini, Gellium familiarem tuum, audire ex cum proconsul ex pretura in Græciā uenisset: & Phædro Athenis philosophos qui tum erant, in locum unum meo me conuocasse, ipsisq; magnopere authorem fuisse, at mini, aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. quòd si essent eo animo, ut nollent etatē in litoribus conterere, posse rem conuenire: & simul operam suam illis esse pollicitum, si posset inter eos aliiquid conuenire. M. loculare istud quidem Pomponi,

G



di Apollin
→ b. -

LIBER PRIMVS.

¶ à multis sèpè derisum, sed ego planè uellem me arbitrum inter antiquam academiam et Zenonem datum. Atti. Quo tandem istud modo? M. Quia de re una solum dissident: de cæteris mirificè congruunt.

Atti. Ain' tandem t'una de re est solum dissensio?

M. Que quidem ad rem pertineat, una quippe cùm antiqui omnes, quod secundum naturam esset, quo iu solum dis-

uaremur in uita, bonum esse decreuerint: hic nisi quod sensio?

bonum esset, putauerit bonum. Atti. + Perpar- + Paruam

nam uero controuersiam dicis, ac non eam que diri-

mat omnia. M. Probè quidem sentis, si re ac non uer-

bis disiderent. Atti. Ergò adsentiris Antiocho fa-

miliari meo (magistro enim non audeo dicere) quo-

cum uixi: & qui me ex nostris penè conuelli hortu-

lis, deduxitq; in academiam per pauculis passibus.

M. Vir iste fuit ille quidem prudens & acutus, &

in suo genere perfectus: mihi'que (ut scis) familiaris:

cui tamen ego adsentiar in omnibus, nec ne, mox uide

ro hoc dico, controuersiam totam istam posse sedari.

Atti. + Qui istuc tandem uidess M. Quia si, ut Chius

Aristo dixit, solum bonum esse diceret quod honestū

esset: malumq; quod turpe: cæteras res omnes planè

pares, ac ne minimum quidem utrū adessent, an ab-

essent interesse: ualde à Xenocrate, & Aristotele, &

ab illa Platonis familia discreparet: essetq; inter eos

de re maxima, & de omni uiuendi ratione dissensio.

nunc

+ Quis

20us in

Lipsia

9

DE LEGIBVS

nunc uero cum decus, quod antiqui summum bonum esse dixerunt, hic solum bonum dicat: item dedecus, quod illi summum malum, hic solum diuitias, ualeitudinem, pulchritudinem, commoda res appelle, non bonas: paupertatem, debilitatem, dolorem, incommoda non mala sentit idem quod Xenocrates, quod Aristoteles: loquitur alio modo. Ex hac autem non reru, sed uerboru discordia, controuersia nata est de Finibus:

† intrā in qua quoniam usiuationem ~~XII~~ tabule † inter

12 tab.

No

* nos tres arbitri

Requiri placere terminos, quos Socrates pepigerit: ijsq; parere. Q. Præclarè frater iam nunc à te uerba usurpantur ciuilis iuris & legum: quo de genere expecto disputationem tuam: nam ista quidem magna dijudicatio est, ut ex te ipso sèpè cognoui. M. Sed certe res ita se habent, ut ex natura uiuere summum bonū sit: id est, uita modica, & apta uirtutē perfrui: aut naturam sequi, & eius quasi lège uiuere: id est, nihil quantum in ipso sit pretermittere: quod minus ea, quæ natura postulet, consequatur: quod inter hec uelit uirtute, tanquam lège uiuere. Quapropter hoc dijudicari, nescio an unquam, sed hoc sermone certe non potest: siquidē id quod suscepimus perfecturi sumus.

At,



L I B E R P R I M U S.

At. At ego huc declinabam non inuitus. Q. Licebit ad
hunc: nunc id agamus quod coepimus: cum presentim
ad id nihil pertineat, hec de summo malo, bonoq; dis-
senso. M. Prudentissime Quinte dicas: nam que a me
adhuc dicta sunt.

Nonnulla desunt.

Q. Nec Lycurgi leges, nec Solonis, nec Charōde neq;
Saleuci, nec nostras XII tabulas, nec plebiscita desi-
dero: sed te existimo, cū populis, tum etiam singulis,
hodierno sermone leges uiuēdi, & disciplinam datu-
rum. M. Est huius uero disputationis Quinte propri-
um, id quod expectas: atq; utinā esset etiam facultatis
mea. sed profectò ita se res habet, ut quoniaū uiciorum
emendatricem legem esse oportet, comendatricemq;
virtutū: ab ea uiuēdi doctrina ducatur: ita fit mater o-
mniū bonarū rerū sapientia, à cuius amore Græco uer
bo Philosophia nomē inuenit: qua nihil à diis immor-
talib. uberioris, nihil florētius, nihil prestabilius homi-
nū uite datū est. Hæc enim una nos, cū ceteras res om-
nes, tum quod est difficillimū, docuit, ut nosmetippos
nosceremus: cuius p̄cepti tāta uis, tanta sentētia est:
ut ea non homini cuiquam, sed Delphico deo tribuere
tur. nam qui se ipse norit, primum aliquid sentiet se
habere diuinum: ingeniumq; in se suum, sicut simula-
crum aliquid dedicatum putabit: tantoq; munere deo-
rum semper dignum aliquid & faciet, & sentiet: &
cū

yrūd.

Sc̄. a. tōr.

plur. i.

Ac̄. lib. a. 4

D E U L E G I B V S.

cum se ipse perspexerit, totumq; tentarit: intelligit
quemadmodum à natura subornatus in uitā uenerit,
quantaq; instrumēta habeat ad obtinēdam, adipiscen-
damq; sapientiam: quoniam principio rerum omnium
quasi adumbratas intelligētias animo ac mēte cōcepe-
rit: quibus illustratus sapientia duce bonum uirum, &
ob eam ipsam causam cernat se beatum fore. Nā cum
animus cognitis perceptisq; virtutibus à corporis ob-
sequio, indulgentiāq; discesserit: uoluptatemq; sicut
labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemq; mor-
tis doloris timorem effugerit: societatemq; cōserit
charitatis cum suis, omnesq; natura coniuctos, suos
duxerit: cultumq; deorum, & puram religionē suscep-
perit: & exacuerit illam, ut oculorū, sic ingeniū aciem
ad bona deligēda, & reiſienda contraria: quæ virtus
ex prouidendo est appellata. Prudentia: quid eo dici,
aut excogitari poterit beatius? idemq; cū ccelū, ter-
ras, maria, omniumq; rerū naturam perspexerit: eaq;
unde generata, quo recurrent, quando, quomodo obi-
tura, quid in ijs mortale & caducum, quid diuinum,
eternumq; sit uiderit: ipsumq; ea moderantem &
regentem penē prehenderit: seſeq; nō unis circundatum
mōenibus popularē alicuius definiti loci, sed ciuem to-
tius mundi, quasi unius urbis agnouerit: in hac ille ma-
gnificentia rerum, atq; in hoc conspectu, et cognitio-
ne nature, dij immortales quam ipse se noscet, quod

Apollo

L I B E R P R I M U S.

Apollo præcepit Pythius: quām contemnet: quām despiciet: quā pro nihilo putabit ea, quæ uulgō + dicuntur amplissima? Atq; hæc omnia, quasi sc̄pimento aliquo uallabit, differendi ratione, ueri & falsi iudicantur + ducūtur discentia, et arte quadā intelligendi quid quāq; rem sequatur, et quid sit cuiq; cōtrarium. Cumq; se ad ci- uilem societatem natūm senserit, nō solū illa subtili disputatione sibi utēdum putabit: sed etiam fusa latius perpetua oratione, qua regat populos, qua stabilitat leges, qua casti get improbos, qua tueatur bonos, qua laudet clāros uiros, qua præcepta salutis, et laudis apte ad persuadendum édat suis ciuibus: qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, cōsolari possit adfictos: factaq; & consulta fortū & sapientū cum improbo rū ignominia sempiternis monumentis prodere. Quæ cum tot res tantæq; sint, quæ inesse in homine perspi- ciantur ab his, qui se ipsi uelint + noscere: earum pa- rensest educatrixq; sapientia. At. Laudata quidem à te grauiter & uerè: sed quorsum hæc pertinent? M.
Primum ad ea Pomponi, de quibus acturi iam sumus, quæ tanta esse uolumus. non enim erūt nisi ea fuerint, unde illa manant, amplissima. deinde facio & libēter, et, ut spero, rectè, quod eā cuius studio teneor, quæq; me eum quicunque sum effecit, non possum silentio præterire. At. Verè facis, et merito, et ipse: fuitq; id (ut dicas) in hoc sermone faciendum.

C

M. T. Cī-



11. 6. 1.
M. T. CICERO NIS
de Legibus liber secundus.
ATTICVS.



ED uis'ne quoniam & satis
iam deambulatum est: & tibi
aliud dicendi initium sumendum
est, locum mutemus & in insula,
qua est in Fibreno (nam
opinor illi alteri fluminis nomen
esse) sermoni reliquo demus operam sedentes? M. Sa-
né quidem nam illo loco libentissime soleo uti, sine
quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo, aut lego.
T potissi-
mum Atti. Evidem qui nunc + primum hoc uenerim, sa-
tiari non queo: magnificaq; villas, & pavimenta mar-
morea, & laqueata tecta contemno. ductus uero
aquarum quos isti Nilos & Euripos uocant, quis non
cum hec uideat irriserit? itaque, ut tu paulo ante de
lege & iure differens, ad naturam referebas omnia;
sic in his ipsis rebus, qua ad quietem animi, delecta-
tionēq; queruntur, natura dominatur. quare ante a mi
rabar (nihil enim in his locis nisi saxa, & montes co-
gitabam: idq; ut facerem, & orationibus inducebar
tuis, & uersibus) sed admirabar ut dixi, te tam ualde
hoc

S LIBER SECUNDVS.

hoc loco delectari: nunc contrà miror, te cùm Roma
abfis, usquam potius esse. M. Ego uero cùm licet plu-
res dies abesse, præsertim hoc tempore anni, & amœ-
nitatem & salubritatem hanc sequor: raro autem li-
cit. Sed nimirum me alia causa quoq; delectat, quæ
te non attingit ita. At. Quæ tandem ista causa est? M.
Quia si uerum dicimus, hæc est mea, & huius fratri
mei, germana patria. hinc enim orti stirpe antiquissi-
ma sumus: hæc sacra: hæc & genus: hæc maiorū multa ue + gens +
stigia. quid pluræ hanc uides uillam, ut nunc quidem
est, latius ædificatam patris nostri studio. qui cùm es-
set infirma ualitudine: hæc ferè ætatem egit in literis.
sì hoc ipso in loco cùm auus uiueret, & antiquo mo-
re parua esset uilla, ut illa Curiana in Sabinis: me scito
esse natum. quare inest nescio quid: & latet in animo
& sensu meo, quo me plus fortasse hic locus delectet:
siquidem etiam ille sapientissimus uir, Itac am ut ui- v. 4711.
deret, immortalitatem scribitur repudiisse. Atti. Ego
uero tibi istam iustum causam puto, cur buc libentius
uenias, atq; hunc locum diligas. quin ipse (uerè dicam)
sum ipsi uille amicior modò factus, atq; huic omni fo- v. 4712.
lo, in quo tu ortus & procreatus es. mouemur enim
nescio quo pacto locis ipsis, in quibus corū quos diligi- v. 4713.
mus, aut admiramur, adsunt uestigia: me quidz ipse il
le nostræ Athene nō tā operibus magnificis, exquisi-
tisq; antiquorum artibus delectant, quā recordatione

C 2 summo



DE LEGIRVS

summorum virorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus: studioseque eorum etiam sepulchra contemplor. Quare istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum. M. Gaudeo igitur me incunabula pené mea tibi ostendisse. Atti. E quidem me cognosce admodum gaudeo. Sed illud tamen quale est, quod paulò ante dixisti, hunc locum (idem ego te accipio dicere Arpinum) germanam patriam esse uestram: nunquid uos duas habetis patrias? † an est illa una patria communissima nisi forte sapienti illi Catoni fuit patria non Roma, sed Tusculum. M. Ego me hercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ, alteram ciuitatis: ut ille Cato cum esset Tusculi natus, in populi Romani ciuitatem susceptus est: † itaque, cum ortu Tusculanus ortu Tu-
 esset: ciuitate Romanus: habuit alteram loci pa-
 sculanus triam, alteram iuris: ut uestri Attici, priusquam The-
 esset, ciui- seus eosdem migrare ex agris, & in astu, quod appelle-
 tam R. latur, omnes se conferre iussit: & Sunii erant idem
 mā habu- & Attici: sic nos & eam patriam dicimus ubi nati: &
 it: alterā illam qua excepti sumus. Sed necesse est charitatem
 loci patri- eam præstare, qua reipublicæ nomen uniuerse ciuita-
 am, alte- tis est: pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in
 rā iuris, qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare debe-
 mus, dulcis autem non multò secus est ea, quæ genuit,
 quam illa, quæ exceptit. Itaque ego esse hanc meam pa-
 triam



L I B E R S E C V N D V S.

triam prorsus nunquam negabo, dum illa sit maior,
et hec in ea continetur. Atti. Recte igitur magnus
ille noster me audiente posuit in iudicio, cum pro Aui-
dio tecum simul diceret: Rem publicam nostram iu-
stissimas huic municipio gratias agere posse: quod ex
eo duo sui conservatores extitissent: ut iam uidear, ad
duci hanc quoque, quem te procreauit, esse patriam
nuam. Sed uentu in insulam est. hac uero nihil est amoe-
nus. ut enim hoc quasi rōstro fnditur Fibrenus, & di-
uisus equaliter in duas partes latera hēc alluit, rapi-
deq; dilapsus, citò in unum confluit: & tantum com-
pleteatur quod satis sit modice palestræ loci, quo esse
so, tanquam id habuerit operis, ac muneris, ut
hanc nobis efficeret sedem ad disputandum, statim
precipitat in Lirem: & quasi in familiam patritiam
uenerit, amittit nomen obscurius: Lirem q; multò gelidorem
facit. nec enim ullum hoc frigidius flumen at-
tigi, cum ad multa accesserim: ut uix pēde tentare id
possim: quod in Phēdro Platonis facit Socrates. M.
Est uero ita, sed tamen huic amoenitati, quam ex
Quinto sepe audio, Thebanus Epirotes tuus ille
nihil opinor concederit. Qu. Est ita ut dicis. caue
enim putes Attici nostri Emathio, platanisq; illis
quidquam esse præclarus. Sed, si uidetur, cōsidamus
hic in umbra: atque ad eam partem sermonis, ex
qua egressi sumus, reuertramur. M. Præclare exigis

C 3 Quin-



DE VLEGIBVS

Florum Quinte. At ego effugisse arbitrabar: & tibi nihil + ea
 rum deberi potest. **Qu.** Ordire igitur, nam hunc tibi
 totum dicamus diem. **M.** A loue Musarū primordia, si
 eut in Arati carmine orsi sumus. **A.** Quorsum istuc.
Qu. Quia nunc itidem ab eodem, & ceteris diis im-
 + agenda mortalibus sunt nobis agendi + capienda primor-
 dia. **M.** Optimè uero frater, & fieri sic decet. Videam-
 mus igitur rursus, priusquam adgrediamur ad leges
 singulas, uim naturamq; Lēgis, ne cùm referenda sint
 ad eam nobis omnia: labamur interdum errore ser-
 monis: ignoremusq; uim sermonis eius, quo iura no-
 bis diffinienda sint. **Qu.** Sanè quidem hercle, est
 ista recta docendi uia. **M.** Hanc igitur uideo sapi-
 entissimorum fuisse sententiam: legem neque homi-
 num ingenij excogitatam: neque scitum aliquod esse
 populorum: sed eternum quiddam, quod uniuersum
 mundum regeret imperandi, prohibendiq; sapientia.
 ita principem legem illam, et ultimam, mentem esse di-
 cebant, omnia ratione aut cogentis, aut uetantis Dei.
 ex qua illa lex, quam dij humano generi dederunt, re-
 cētē cōs̄ laudata: est enim ratio, mensq; sapientis, ad iu-
 bendum & ad deterrendum idonea. **Qu.** Aliquoties
 iam iste locus à te tactus est, sed antequam ad popula-
 res leges uenias, uim istius coelestis legis explana, si
 placet: ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad
 sermonis morem usitati trahat. **M.** A paruis enim
Quinte



L I B R I S E C V N D V S.

Quinte didicimus, si in ius uocat, atque eat, eiusmodi
di leges alias nominare. sed uero intelligi sic oportet:
¶ hec, & alia iussa, ac uetita populorum, + uim ha-
bere ad recte facta uocandi: & à peccatis auocandi: + uim non
que uis non modò senior est, quam etas populo-
rum, & ciuitatis: sed æqualis illius cœlum, atque ter-
ras tuerintur, & regentis Dei. Neque enim esse mens
diuina sine ratione potest: nec ratio diuina non hanc
uim in rectis prauis que fangiendis habere. Nec
quia nusquam erat scriptum, ut contra omnes ho-
stium copias in ponte unus adfisteret, à tergo que
pontem interficiendi iuberet: idcirco minus coelitem
illum rem geſſisse tantam, fortitudinis lēge, atque im-
perio putabimus: nec si regnante Tarquinio, nulla
erat Romæ scripta lex de stupris: idcirco non con-
tra illam legem sempiternam Sextus Tarquinius uim
Lucretiae Tricipitini filie attulit: erat enim ratio
profecta à rerum natura, & ad recte faciendum im-
pellens, & à delicto auocans: que non tum denique
incipit lex esse, cum scripta est: sed tum, cum orta
est. orta autem simul est cum mente diuina. Quam-
obrem, lex uera, atque princeps, apta ad iubendum,
¶ ad uetandum, ratio est recta summi Louis. Qu.
Adsentior frater, ut quod est rectum, uerum quoq; sit:
neque cum literis, quibus scita scribuntur, autoria-
tur, aut occidat. M. Ergo ut illa diuina mens summa

DE LEGIBVS

+ item lex est: + item cum in homine est perfecta, est in mente sapientis, que sunt autem uarie, et ad tempus scripte, populi fauorem agis, quam re, legum nomen tenent: omnem enim legem que quidem recte lex appellari posset, esse laudabilem quibusdam talibus argumentis docent. Cestat profecto ad salutem ciuium, ciuitatumque incolumentem, uitamque omnium quietam, & beatam, + conditas esse leges: eosque qui primu*m* eiusmodi scita sanxerunt, populis ostendisse, ea se scripturos, atque laturos, quibus illi adscriptis, susceptisque honeste beateque uiuerent: quaeque ita composita, sanctaque essent, eas leges uidelicet nominarunt. Ex quo intelligi par est, eos qui perniciosa, & iniusta populis iussa descripserint, cum contra fecerint, quam polliciti, professique sint, quiduis potius tulisse, quam leges: ut perspicuum esse possit in ipso nomine legis interpre-tando, inesse uim, & sententiam iusti, + iuris colendi. Quero igitur Quinte a te (sicut illi solent) quo si ciuitas careat, ob eam ipsam causam, quod eo careat, pro nihil habenda sit: id est ne numerandum in bonis. Q. Ac maximis quidem. M. Legē autem carens ciuitas, an in ob ipsam habēda nullo loco? Q. Dici aliter non potest. M. Necesse est igitur legem haberet in rebus optimis. Q. Prorsus adsentior. M. Quid, quod multa perniciose, multa pestiferē sciscuntur in populis que non magis legis nomen attingunt, quam si latores ali-



LIBER SECUNDVS.

¶ aliquas concessu suo sanxerunt nam neq; medico-
rum precepta dici uerè possent si que insci imperi-
tiq; pro salutaribus mortisera conscriperint: neq; in
populo lex, cui quid mali fuerit, ulla, etiā si pernicio-
sum aliquid populus acceperit. ergo est lex iustorum, ¶ aliquae
in iustorumq; distinctio, ad illam antiquissimam, et re-
rum omnium principem expressa naturam: ad quā le-
ges hominum diriguntur, quae supplicio improbos ad-
ficiunt: defendant, ac tuentur bonos. Q. Praetare in-
telligo, nec uero iam aliam esse ullam legem puto non
modo habendam, sed ne appellandam quidem. M. Igi-
tur Tutias & Apuleias leges nullas putas? Q. Ego ue-
ro ne Liuias quidem. M. Et recte, que presertim uno
uersicolo senatus punto temporis sublata sint. lex au-
tem illa, cuius uim explicaui, neq; tolli, neq; abrogari
potest. Qu. Eas tu igitur leges rogabis uidelicet, que
nunquam abrogentur. M. Certe, si modo accepte à
uobis duobus erunt, sed ut uir doctissimus fecit Plato,
atq; idem grauiissimus philosophorum, qui omnium prin-
ceps de Rep. cōscriptit: idemq; separatim de Legibus:
id mihi credo esse faciendum, ut plusquam ipsam le-
gem recitem, de eius legis laude dicam. quod idem &
Zalecum, & Charandam fecisse video, cum quidem
illi non studij, & delectationis, sed reipausa leges ci-
uitatibus suis scripserint. Quos imitatus Plato, uide-
licet hoc quoq; legis putauit esse, persuadere aliquid:

C S non



DE LEGIBVS.

non omnia uia minis cogere. Q. Quid quod Zaleth
cum istum negat ullum fuisse Timeus. M. At Theophrastus, autor haud deterior, mea quidem sententia,
meliorem multi nominant: commemorant uero ipsius
ciues, nostri clientes Locri: sed siue fuit, siue non fuit,
nihil ad rem: loquimur quod traditum est. Si igitur
hoc iam a principio persuasum ciuibus, dominos esse
omnium rerum, ac moderatores deos: eaq; quae geran-
tur, eorum geri iudicio, ac numine: eodemq; optimo
de genere hominum mereri: & qualis quisq; sit, quid
agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate reli-
giones colat, intueri: piorumq; & impiorum habere
rationem. His enim rebus imbute mentes, haud sanè
abhorrebunt ab utili, & a uera sententia. Quid est
enim uerius, quam neminem esse oportere tam stulte
arrogantem, ut in se metem & rationem putet inesse,
in caelo mundoq; non putet: aut ea quae uix summa in
genij ratione comprehendat, nulla ratione moueri pu-
tet? Quem uero astrorum ordines, quem dierum, no-
ctiumq; uicissitudines, quem mensum temperatio,
quem quae gignuntur nobis ad suendum, non gratum
esse cogunt: hunc hominem omnino numerare nego: de-
bet, cumq; omnia, quae rationem habent, praestent his,
qua sunt rationis experitia, nefasq; sit dicere ullam
rem praestare naturae omnium rerum rationem inesse
in ea, confitendum est. Utiles esse autem opiniones
has



L I B E R S E C V N D V S.

has quis neget cūm intelligat quām multa fermentur
iure iurando: quante salutis sint foederum religio-
nes: qua multos diuini supplicij metus à scelere reuo-
carit: quāq; sancta sit societas ciuium, inter ipsos dijs
immortalibus interpositis tum iudicibus, tū testibus.
Habes lēgis prōcēdium, sic enim hoc appellat Plato.
Q. Habeo uerò frater: & in hoc admodum delector
quod in alijs rebus, alijsq; sententijs uersaris, atque il-
le. Nihil enim tam dissimile est, quām uel ea quæ ante
dixisti: uel hoc ipsum lēgis exordium. Vnū illud mihi
uideris imitari orationis genus. M. Vellem fortasse.
quis eq̄am id potest, aut unquam poterit imitari enām
sentētias interpretari per facile est: quod quidem ego
facerem, nisi planè esse vellem meus. quid enim nego-
cij est, eadem propē uerbis iisdem conuersa dicere?
Q. Prorsus adsentior: uerū, ut modò tute dixisti, te
esse malo tuum. Sed iam exprome, si placet, istas lēges
de religione. M. Expromam equidē ut potero: & quo
niā & lotus, et sermo familiaris est: legum lēges uo
ce proponam. **Qu.** Quid'nam id est? M. Sunt certa le-
gum uerba Quinte, neq; ita prisca, ut in ueteribus his
sacratissiq; legibus: et tamē, quō plus authoritatis habe-
ant, paulò antiquiora, q; hic sermo est. Eū morē igitur + sed ipse
cū breuitate (si potero) consequar. Lēges aut à me ēdēsummāre re-
tur nō perfectae: nam esset infinitū + sed ipse summārum sen-
terū, ac sentētiae. **Q.** Ita uerò opus ē: quare audiamus. tentia.

M. Ad



DE LEGIBVS

M. Ad diuos adeunto caste pie-

tatem adhibento. opes amouento. qui

secus faxit, Deus ipse uindex erit.

Separatim nemo habessit deos: nes-

ue nouos. sed ne aduenas, nisi publice

adscitos, priuatim colunto.

Constructa a patribus delubra in
urbibus habento.

Lucos in agris habento: Larum
sedes, ritus familiæ, patrumq; seruans-
to.

Diuos, & eos qui coelestes semper
habiti, colunto: & ollos, quos in cælum
merita uocauerint: Herculem, Libe-
rum, Aesculapium, Castorem, Pollux-
cem, Quirinum.

Astolla propter que datur homi-
ni, ad sensus in cælu: mentem, uirtutem,
pietatem, fidem, carumq; laudum delu-
bra

L I B E R S E C V N D V S.

bra funto.

Nec ulla uiciorum sacra solennia
obeunto.

Ferijs iurgia a momento: easq; in fa-
mulis operibus patratis habentur.

Itaque ut ita cadat in annis infra
etibus, descriptum estor.

Certasq; fruges, certasq; baccas,
sacerdotes publice libantur: + hoc ter+ hoc
tis sacrificijs ac diebus. abundat
alid.

Itemq; alios addes, ubertatem las-
ctis, foeturæq; seruanto,

+ Idq; ne committi possit, ad eam rat+ Idq; ne
tionem cursus annuos sacerdotes fini comiti
unto.

Quæq; cuique diuō decoræ, grā-
ta sint hostiæ, prouidentio: diuisq; alijs sus annu-
sacerdotes, omnibus pontifices, singu- os, sacer-
lis flamines sunt.

Virgi-



D E L E G I B V S

*Virgines uestales in urbe custodi-
unto, ignem foci publici sempiternum.
quoq; & priuatim, & publice modo,
rituq; fiat, discunto. ignari à publicis
sacerdotibus.*

*Eorum autem genera sunt duo:
unum, quod præsit ceremonijs, & sa-
cris: alterum, quod interpretetur fati-
dorum & uatum effata incognita:
cum senatus populusq; adscuerit.*

*Interpretes autem Louis optimi ma-
ximi publici augures signis, & auspi-
cij postea uidento.*

Disciplinam tenento.

*Sacerdotes, uineta, uirgetaq; &
salutem populi auguranto. quiq; agent
rem duelli, quiq; popular e auspicium,
præmonento.*

Olliq; obtemperanto.

Diuo

LIBER SECUNDVS.

Diuorūmque iras prouidento: oī
liq; parento.

Cœliq; fulgura regionibus ratis
temperanto.

Vrbemq; agros, & templi li-
berata, & effata habento.

Quæq; augur iniusta, nefasta, uicio-
sa, dira defixerit, irrita, infectaque
sunto.

Quiq; non paruerit, capitale esto.

Fœderum, pacis, belli, induciarum
toratores, faciales iudices ne sunt.

Bella disceptanto, prodigia, porrum
tentā, ad Hetruscos & aruspices, si
senatus iussērit, deferunto.

Etruriæq; principes disciplinam
docento.

Quibus diuis creuerint, procuran-
to. Idemq; fulgura atq; oblitia piāto.

Noctur-



DE LEGIBVS

Nocturna mulierum sacrificia ne
funto: præter olla, quæ pro populo ru-
te fient.

Newe quem initiando, nisi ut adso-
let, Cereri Græco sacro.

Sacrum commissum quod neque ex
piari poterit, impie commissum est.

Quod expiari poterit, publici sa-
cerdotes expianto.

Ludis publicis, quod sine curriculo
et sine certatione corporum fiat, po-
pularem lætitiam in cantu, et fidibus,
et tibijs moderanto: eamq; cum diuīm
honore iungunto.

Ex patrijs ritibus optima colunto.

Præter ideæ matris famulos eosq;
iustis diebus, ne quis stipem cogito.

Sacrum sacróue cōmendatum qui
elepserit, rapseritq; parricida esto.

Per

L I B E R S E C V N D V S.

Periurij poena diuina, exitium: hu-
mana, dedecus: incestum pontifices su-
premo supplicio sanciunto.

Impius ne audeto placare donis
iram deorum.

† Sancte uota reddunto. † caute

Poena uiolati iuris esto.

Quocirca ne quis agrū cōsecrato.

Auri, argenti, eboris, sacrandi
modus esto.

Sacra priuata perpetua manento.

Deorū manium iura sancta sunt.

Hos leto dato diuos habento.

Sumptum in ollos luclūmque minu-
unto.

At. Conclusa est quidem à te tam magna lex, sane
quām breuiter, & ut mibi quidem uidetur, non mul-
tum discrepat ista constitutio religionum à legibus
Numē, nostrisq; moribus. M. An cēses, cūm in illis de
Republica libris persuadere uideatur Africanus, om-

D nium

DE LEGIBVS

nium rerum publicarum nostram ueterem illam fuisse optimam; non necesse esse optime Reip. leges dare consentaneas? At. Imo prorsus ita censeo. M. Ergo adeò expectatæ leges, quæ genus illud optimum Reip. continant. & si quæ forte à me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra Republica, neq; fuerint: tamen erant ferè in more maiorum, qui tum ut lex ualebat. Atti. *Suade* igitur, si placet, istam ipsam legem: ut ego, ut & tu rogas, possim edicere. M. An tandem Attice non es editurus aliter? Atti. Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam aliter, in minoribus, si uoles, remittam hoc tibi. M. Atque mea quidem sententia est, at ne longum fiat uidete. Atti. * *Vtinam* quidem quid enim agere malumus? M. Castè iubet lex adire ad deos: animo uidelicet, in quo sunt omnia. nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi: cum multum animus corpori præstet: obseruetur q; ut casto corpore adhibeantur: multò esse in animis id seruandum magis. nā incestum uel aspersione aquæ, uel die

hunc præceptum.
6
igitur,
sum numero tollitur: ANIMI LABES NEC
DIVTVRNITATE VANESCERE,
NEC MANIBVS VLLIS ELVI PO-
TEST. Quid autem pietatem adhiberi, opes amo-
ueri iubet: significat * probitatem gratam esse Deo:
sumptum esse remouendum. Quid est enim, cum pau-
pertatem dimitijs, etiam inter homines esse æqualem
uclu-

pietate



LIBER SECUNDVS.

uelimus: cur eam sumptu ad sacra + exhibito deorum + addito
 aditu arceamus: præsertim cum ipsi Deo nihil minus
 gratum futurum sit, quam non omnibus patere ad
 se placandum, & colendum uiam. Quod autem non
 iudex, sed Deus ipse uindex constituitur: præsentis
 poenæ metu religio confirmari uidetur. Suosq; deos,
 aut nouos, aut alienigenas coli confusionem habet re
 ligionū, & ignotas ceremonias esse sacerdotibus. nam
 à patribus acceptos deos ita placet coli, si huic lègi
 paruerint ipsi. Patrum delubra esse in urbibus cen
 sco: nec sequor magos Persarum, quibus authoribus
 Xerxes inflammaisse templo Græcia dicitur: quod pa
 rietibus includerent Deos: quibus omnia deberent esse
 patentia, ac libera: quoruniq; hic mundus omnis tem
plum esset, & domus melius Greci, atq; nostri: qui ue
augerent pietatem in deos: easdem illos, quas nos, ur
bes incolere uoluerunt. adfert enim hæc opinio reli
gionem utilem ciuitatibus: siquidem & illud bene di
ctum est à Pythagora doctissimo uiro: tum maximè

+ 2. 1.

& pietatem & religionem uersari in animis: cum re
bis diuinis operam daremus. Et quod Thales sapien
tissimus inter septem fuit: homines existimare oportet
deos omnia cernere, deorum omnia esse plena, fore
enim omnes castiores: ueluti quo insans esset maximè
religiosus. Est enim quadam opinione species deorum
in oculis, non solum in mentibus. Eandemq; rationem

D 2 luci



DE LEGIBVS

luci habent in agris. Meq; ea, quæ à maioribus prodita est, cùm dominis, tum famulis, posita in fundi, uileq; conspectu religio patrum repudianda est. iam ritus familie patrumq; seruari, id est, (quoniam antiquitas proximè accedit ad deos) à diis quasi traditam religionem tueri. Quòd autem ex hominum genere consecratos, sicut Herculem, & ceteros coli lex iubet: indicat omnium quidem animos immortales esse: sed fortius, honorumq; diuinos. Bene uero, quodd mēs, pietas, uirtus, fides, consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publicè templa sunt: ut illi qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipsos in animis suis collocatos putent.

Multa desunt.

nam illud uiciosum Athenis, quod Cylonio scele re expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumelie fanum, & Impudentiae uirtutes enim, non uicia consecrare decet. araq; uetus stat in palatio Febris: & altera exequilijs male fortuna detestataq;. quæ omnia eiusmodi repudianda sunt. Quòd si singula nomina uice Poëtae, & potius uincendi, atque potiundi, stat assandiq; cognomina, statoris, & inuicti loris, rerumq; expetendarum nomina, salutis, honoris, opis, uictorie: quoniam quidem expectatione rerum bonarum erigitur animus. Restat etiam à Latino Spes consecrata est, Fortuna, quæ sit uel huius dici.



L I B E R S E C V N D V S .

diei nam ualeat in omnes dies uel respiciens ad opem fe
rendam: uel forum in quo incerti casus significantur
magis, uel primigenam à gignendo: comes feria-
rum festorumq; dierum ratio in liberis requietem
habet litium, & iurgiorum: in seruis operum, & la-
borum. quas compositio anni conferre debet & perse-
cutionem operum rusticorum. Quod tempus, ut sacri-
ficiorum libamenta seruentur, foetusq; pecorum, que
dicta in lege sunt: diligenter habenda ratio interca-
landi est. quod institutum peritè à Numa posterio-
rum Pontificum negligentia dissolutum est. Nam illud
ex institutis Pontificum & aruspicum non mutan-
dum est: quibus hostijs immolandum cuiq; Deo: cui
maioribus, cui lactentibus, cui maribus, cui foemi-
nis. Plures autem deorū omnium, singuli singulorum
sacerdotes, & respondendi iuris & confitendarum
religionum facultatem adferunt. cumq; Vesta quasi
focus urbis, ut Græco nomine est appellata: quod nos
prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus,
conspecta sit: ei colendæ uirgines præsint: ut aduigi-
letur facilius ad custodiā ignis: et sentiant mulieres
in natura foeminarum omnium, Deum castitatem pa-
ti. Quod sequitur uero non solum ad religionem per-
tinet: sed etiam ad ciuitatis statum: ut sine his qui sa-
cris publicè præsint, religioni priuatæ satisfacere
non possint. continet enim reip. consilio & authorita-

D 3 te op-



DE LEGIBVS

te optimatum semper populum indigere. descriptioq;
sacerdotum nullum iusta religionis genus prætermittit.
nam sunt ad placandos deos alij constituti, qui sa-
cris præsent solennibus: ad interpretanda alij prædi-
cta uatum, neq; multorum ne esset infinitum, neq; ut
ea ipsa, que suscepta publicè essent, quisquam extra
collegium noſſet. Maximum autem & præstans
mum in Republica ius est auguriam: † cum est autho-

† & cum authori-
tate con-
iunctum.
* alium
† militie

ritati coniunctum. neq; uero hoc, qui sum ipse augur
ita sentio: sed quia sic existimare nos est necesse. Quid
enim maius est, si de iure querimus: quam posse à sum
mis imperijs, & summis potestatibus comitia tolleres
concilia uel instituta dimittere? uel habita rescindere?
quid grauius quam rem susceptam dirimi: si unus au-
gur* aliter dixerit? quid magnificentius? quam pos-
se decernere, ut magistratus abdident consules? quid
religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius,
aut dare, aut non dare? quid? legem si non iure roga-
ta est, tollere? ut etiam decreto collegij, ut Liuiss con-
ſilio Philippi, consules & augures nihil domi, nihil
foris per magistratus gestum, sine eorum authori-
tate posse cuiquam probari? Atti. Agè iam ista video:
fateorq; esse magna. sed est in collegio uestro inter
Marcellum, & Appium optimos augures magna dis-
ſensio. nam eorum ego in libros incidi: cum alteri pla-
ceat auspicia ista ad utilitatem esse Reip. composta:
alte-



LIBER SECUNDVS.

alteri disciplina uestra qua diuinare uidetur prorsus posse, hac tu de re quero quid sentias? M. Ego ne diuinationem quam Græci προφητικὴ appellant, esse censeo; & huius hanc ipsam partem, quæ est in aibus ceteris signis discipline nostræ, quod cum summos deos esse concedamus: eorumq; mente mundum regi, & eorundem benignitatem hominum consulere generi: & posse nobis signa rerum futurarum ostendere: nō video cur diuinationem esse negem. Sunt autem ea quæ posui, ex quibus id, quod uolumus efficitur, et cogitur. iam uero permultorum exemplorum & nostra plena est Respublica, & omnia regna, omnesq; populi, cunctæq; gentes, augurum p̄dictis multa incredibiliter uera cecidisse: neq; enim Poletis, neq; Melampus, neq; Mopsi, neq; Amphiarai, neq; Calchantis, neq; Heleni, tantū nomen fuisse: neq; tot nationes id ad hoc tempus retinuissent Arabū, Phrygum, Lycaonum, Cilicum, maximēq; Pisidarum: nisi uetusas ea certa esse docuisset. Nec uero Romulus noster auspicatò urbem condidisset: neq; Accij Nauij nomen memoria floreret tam diu: nisi hi omnes multa ad ueritatem, admirabilia dixissent. Sed dubium non est, quin hæc disciplina & ars augurum euauerit iam, & ueritate, & negligentia. Itaq; neq; illi adsentior, qui hanc sciētiā negat unquam in nostro collegio fuisse: neq; illi, qui esse etiam nunc putat. Quæ mihi uidetur

D 4 apud



DE LEGIBVS

apud maiores fuisse duplex: ut ad Republicæ tempus
nonnunquam, ad agendi consilium sèpiissimè pertine-
ret. At. Credo hercle ita esse: istiq; rationi potissimum
adsentior, sed redde cætera. M. Reddam uero, & si po-
tero, breui. Sequitur enim de iure belli: in quo & susci-
piendo, & gerendo, & deponendo, ius ut plurimū ua-
let, & fides: horumq; ut publici interpretes essent, lè-
ge sancimus. Iam de aruspicum religione, de expiatio-
nibus, & procurationibus satis, superq; in ipsa lège
dictum puto. Atti. Adsentior: quoniam omnis hæc in
religione uersatur oratio. M. At uero quod sequitur
quomodo aut tu adsentiare, aut ego reprehendam sa-
nè quero Tite. Atti. Quid tandem id est? M. De no-
cturnis sacrificijs mulierum. Atti. Ego uero adsen-
tior: excepto præsertim in ipsa lège solenni sacrifici-
cio ac publico. M. Quid ergo aget Iacchus, Eumolpi-
deq; uestri, & augusta illa mysteria, siquidem sacra
nocturna tollimus: non enim populo Romano, sed om-
nibus bonis firmisq; populis lèges damus. Atti. Exci-
pis credo illa, quibus ipsi initiati sumus. Ego uero
excipiam, nam mihi cùm multa eximia diuinaq; ui-
dentur Athene tuæ peperisse: atque in uita hominum
attulisse: tum nihil melius illis mysterijs, quibus ex-
agresti immaniq; uita exculti ad humanitatè, & mi-
tigati sumus: initiaq; ut appellantur: ita re uera prin-
cipia uite cognouimus: neque solum cum leticia ui-
uendi



L I B E R S E C V N D V S.

uendi rationem accepimus: sed etiam cum spe meliore moriendo. Quid autem mihi displaceat, in nocturnis, poëtae indicant Comici. qua licentia Romæ data, quid nam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit: quò ne impudentiam quidem oculorum adiici fas fuit? Atti. Tu uero istam Romæ legem roga-to: nobis nostras ne ademeris. M. Ad nostra igitur re-uertor: quibus profectò diligentissimè sanctièdum est, ut mulierum famam multorum oculis lux clara custo diat: initienturq; eo ritu Cereri, quo Romæ initian-tur. Quo in genere seueritatem maiorum, Senatus ue-tus autoritas de bacchanalibus, & Consulum exerci-tu adhibito, questio animaduersioq; declarat. Atque omnia nocturna (ne nos duriores forte uideamur) in media Græcia Dyagondas Thebanus lège perpetua-sustulit: nouos uero deos, & in his colendis noctur-nas peruigilationes. sic Aristophanes facetissimus poë-ta ueteris comedie uexat: ut apud eum † Sabatius, & † Saba-quidam alij dij † peregrini iudicati, è ciuitate ejici-zius, antur. Publicus autem sacerdos imprudentiam consi-† de pere-lio expiatam metu liberet: audaciam in admittendis grinis religionibus foedis damnet: atq; impiam iudicet. Iam ludi publici † cùm sint cauea, circœq; diuisi, sint cor-† quonia-porum certationes, cursu, & pugillatione, luctatione, sunt curriculisq; equorum, usq; ad certam uictoriam cir-co constitutis: cauea, cantu, uoce, ac fiaib; & tibijs:

D S cum



DE LEGIBVS.

dū modō ca moderat̄ s̄int, ut lēge prescribitur. Ad-
sentior enim Platoni, nihil tam facile in animos tene-
ros, atq; molles influere, quām uarios canendi sonos,
quorum dici uix potest quanta sit uis in utrāq; par-
tē: namq; & incitat languentes, et † languefacit ex-
citatos, & tum remittit animos, tum contrahit: ciuita-
tumq; hoc multarum in Gr̄cia interfuit, antiquū uo-
cum † seruare modum: quarum mores lapsi ad molli-
ciem, pariter sunt immutati cum cantibus: aut hac dul-
cedine corruptelaq; deprauati, ut quidam putant: aut
cum seueritas eorum ob alia uicia cecidisset: tum fuit
in auribus animisq; mutatis, etiam huic mutationi lo-
cus. Quamobrem ille quidem sapientissimus Gr̄cia
uir, longeq; doctissimus, ualde hanc labē ueretur. Ne-
gat enim mutari posse musicas lēges, sine † mutatione
legum publicarum: † ego nec tam ualde id timendum,
nec planè contempnendum puto. Illa quidem, quæ sole-
bant quondam † complecti, seueritate iucunda Liuia-
nis, & Neuianis modis, nunc ut eadem exultent, cer-
uices oculosq; pariter cum modorum flexionibus tor-
queant. Grauiter olim ista vindicabat uetus illa Gr̄-
cia, longe prouidens, quām sensim pernicies illapsa ci-
uium animos, malis studijs, malisq; doctrinis repente-
tas ciuitates euerteret. Si quidem illa seuera Lace-
dæmon neruos iusserit, quod plures quām septem habe-
ret, in Timothei fidibus indē demi. Deinceps in lēge
est



L I B E R S E C V N D V S.

est, ut de ritibus patriis, colantur optimi: de quo cùm
consulerent Athenienses Apollinem Pythium, quas
potissimum religiones tenerent: oraculum éditum est,
cas que essent in more majorum: quò cùm iterum ue-
nissent, majorumq; morem dixissent sèpè esse muta-
tum: quæsiuissentq; quem morem potissimum seque-
rentur è uarijs: respondit optimum & profectò ita
est ut id habendum sit antiquissimum, & Deo proxi-
mum, quod sit optimum.

Stipem sustulimus, nisi eam quam + apud paucos + ad
dies propriam Idee matris exceperimus. Implet enim
superstitione animos, & exhaustit domos. Sacrilego
poena est: neq; ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam
i, qui sacro commendatum. quod & nunc multis fit
in fanis. Alexander in Cilicia deposuisse apud Solem
in delubro pecuniam dicitur.* & Atheniensis Clyste-
nes lunoni Samia ciuis egregius cù rebus timeret suis
filiarum dotes credidit. Sed iam de periuris, de ince-
stis nihil sanè hoc quidem loco disputandum est. Do-
nis impij, ne placare audeant deos, Platonem audiant:
qui uetat dubitare qua sit mente futurus Deus: cùm
uir nemo bonus ab improba se donari uelit. Diligen-
tia uotorum fatis in lège dicta est: ac uoti sponsio qua
obligamur Deo. Poena uero uiolatæ religionis iustum
recusationem non habet. Quid ego hic sceleratorum
utar exemplis? quorum sunt plena tragedie? qua
ante

* & abun-
dat aliás



cur officio amico

DE LEGIBVS

ante oculos sunt, ea potius attingantur. Et si hæc com
memoratio uereor ne suprà hominis fortunam esse ui
deatur, tamen quoniam mihi sermo est apud deos, ni
Tuolumq; bil reticebo: **T**uelimq; hoc quod loquar dijs immorta
libus gratum potius uideri, quam graue. Omnia au
tem tum perditorum ciuium scelere discessu meo reli
gionum iura polluta sunt: uexati nostri lares familia
res: in eorum sedibus exædificatum templum licetiae:
pulsus à delubris, is qui illa seruarat. circuspicie hæc
celeriter animo(nihil enim attinet quæquam nomina
ri) qui sint rerum exitus consecuti. Nos, qui illam cu
stodem urbis omnibus erexit ne stris rebus, ac perdi
tis, uiolari ab impijs passi non sumus: eamq; ex nostra
domo in ipsius patris domum detulimus: iudicia sena
tus, Italiae, gætium deniq; omnium, conseruare petrie
consecuti sumus: quo quid accidere potuit homini
præclariss quorum scelere religiones prostratae, ad
flicteq; sunt, partim ex illis distracti ac dissipati ia
cent: qui uero ex his & **T** horum omnium scelerum princi
pes fuerunt: & præter ceteros in omni religione im
pij, non solum uita cruciati, atq; dedecore, uerū etiam
sepultura ac iustis exequijs caruerunt. Q. Evidē ista
agno sco frater: & meritas dijs gratias ago. sed nimis
se pè secūs aliquanto uidemus euadere. M. Non enim
T nos Quinte recte existimamus, quæ poena diuina sit: &
opinionibus uulgi rapimur in errorem: nec uera cer
nimus

L I B E R S E C V N D V S.

nimus morte, aut dolore corporis, aut luctu animi,
aut offensione iudicij, hominum miseras pōderamus:
quæ fateor humana esse: & multis bonis uiris acci-
disse, sceleris est poena tristis: & præter eos euentus,
qui sequuntur, per se ipsa maxima est. Vidimus eos,
qui nisi odissent patriam, nunquam inimici nobis fu-
issent: ardentes tum cupiditate, tum metu, tum consci-
entia, quid agerent modò timentes uicißim contem-
nentes religiones: iudicia perrupta, ab ijsdem corru-
pta hominum, non deorum. Reprimam iam me, nec in
sequar longius: eoq; minus, quò plus poenarum habeo,
quām petui: tantum pœnam merui, duplēm pœ-
nam esse diuinam: quod constaret + & uexandis ui-
uorum animis: & ea fama mortuorum: ut eorum exi-
tium & iudicio uiuorum, & gaudio comprobetur.
Agri autem ne consecrentur, Platonī prorsus adsen-
tior: qui (si modò interpretari potuero) his ferè uer-
bis utitur: Terra igitur, ut focus, domicilium sacrum
omnium deorum est. Qyo circa ne quis iterum idem
consecrato. Aurum autem & argentum, in urbibus et
priuatim, & in fanis inuidiosa res est. tum ebur ex
tinani corpore extractum, haud satis castum donum + in animo
Deo. Nam æs atque ferrum duelli instrumenta non fa-
ni: ligneum autem quod' que uoluerit, uno è ligno ca-
uato: itemq; lapideum. in delubris communibus texti-
le: nec operosius, quām mulieris opus menstruum.

Color-



DE LEGIBVS

Color autem albus præcipue decorus Deo est, cum in ceteris, tum maxime in textili. Tincta uero absint: nisi à bellicis insignibus. Diuinissima autem dona, quae habent, & formæ ab uno pictore, uno absolute dicuntur: cetera huius exempli dona sunt. Hæc illi placent: sed ego cetera non tam restricte præsumeo, uel hominum uicijs, uel subsidijs temporum uictus. Terra cultum segniorem suspicor fore, si ad eam tuerandom, ferroq[ue] subiectandam, superstitionis aliquid accesserit. Atti. Habeo ista: nunc de sacris perpetuis, & de Manium iure restat. M. O miram memoriam Pomponi tuam: at mihi ista exciderant. Atti. Ita credo: sed tamen hòc magis eas res & memini, & ex pecto: quod & ad pontificium ius, & ad ciuile pertinent. M. Vera & apertissima sunt istis de rebus & responsa & scripta multa: & ego in hoc omni sermone nostro quoadunque legis genus me disputatio nostra deduxerit: tractabo quoad potero, eius ipsius generis ius ciuile nostrum: sed ita, locus ipse ut notus sit, ex quo ducatur queque res, & ars iuris: ut non difficile sit, quæcumque noua causa consultatio ue acciderit, eius tenere ius: cum scias à quo sit capite repetendum. Sed iureconsulti sive erroris obiectandi causa: quòd plura & difficiliora scire uideantur: sive quod similius ueri est, ignoratione docendi nam non solum scire aliquid artis est: sed quædam

arg

LIBER SECUNDVS.

ars etiam docendi) sèpè quod positū est in una cognitio-
ne, id in infinita dispartiuntur; uelut in hoc ipso ge-
nere, quam magnum illud Scœuole faciunt, pontifi-
ces ambo, & idem iuris peritiissimi. At, inquit Pu-
blij filius, ex patre audiui, pontificem neminem bo-
num esse, nisi qui ius ciuile cognosset. Totum nequid
itas quid enim ad pontificem de iure parietum, aut
aquarum, aut ullo omnino? Ergo, quod cum religione
coniunctum est: id autem quantulum est: de sacris
credo, de uotis, de serujs, de sepulchris, et si quid eius-
modi est. Cur igitur hæc tanta facimus, cùm cetera
perparua sint? De sacris autem (qui locus patet la-
tiū) hæc sit una sententia; ut conseruentur * semper:
Et deinceps familijs prodantur: Et (ut in lège posui) * semper
perpetua sint sacra. * Hæc posita, hec iura pontifi- aliás desig-
cum, autoritate consecuta sunt: ut ne morte patris fa- deratur.
milijs sacrorum memoria ocideret: ijs essent ea ad- * His posi-
iuncta, ad quos eiusdem morte pecunia uenerit. Hoc tis, hec iu-
uno posito, quod est ad cognitionem discipline satis ra ponti-
innumerabilia nascuntur: quibus implantur iuriscon- ficum au-
sultorum libri: queruntur enim, qui adstringantur sa toritate
cris, hæredum causa iustissima est. nulla est enim per- consecuta
sona, quæ ad uicem eius, qui è uita emigrauerit, pro- sunt:
pius accedit. Deinde qui morte, testamēto uie eius tan-
tudem capiat, quantum omnes hæredes: id quoque
ordine, est enim ad id quod propositum est, adcommo-
datum



DE LEGIBVS

datum. Tertio loco, si nemo sit h̄eres: is qui de bonis,
quā eius fuerint cū moritur + acceperit plurimum
possidendo. Quartò, si nemo sit qui ullam rem cōpe-
rit, de creditoribus eius, qui plurimum seruet. Extre-
rimū. t̄ usuce- perit plu- ma illa persona est, ut is, qui ei, qui mortuus sit, pecu-
niam debuerit, neminiq; eam soluerit, perinde habe-
tur, quasi eam pecuniam cōperit. H̄ec nos à Sc̄euola
didicimus: non ita descripta sunt ab antiquis, nam illi
quidem his uerbis docebant: tribus modis sacris ad-
stringi, h̄ereditate, aut si maiorem partem pecu-
niæ capiat: aut si maior pars pecuniæ legata est: aut
si inde quidpiam cōperit. Sed Pontificem sequa-
mur. Videtis igitur omnia pendere ex uno illo, quod
pontifices pecuniam satis coniungi uolunt. Iisdemq;
t̄ ut deduferias & ceremonias adscribendas putant. Atq; etiam
cātūr scri dant hoc Sc̄euolæ, quod est partitio: ut, si in testamen-
ptum non to + deducta, scripta non sint: ipsiq; minus cōperint,
sit. quām omnibus h̄eredibus relinquatur, sacris ne alli-
t̄ quas qui gentur. In donatione hoc iudicium secūs interpretantur:
non intel- & quod paterfamilias in eius donatione, qui in ipsius
ligat, si ad potestate esset, approbavit, ratum est. quod eo inscio
caput res factum est, si id is non approbat, ratum non est. His
rat, per se propositis quæstiuncule multæ nascentur: t̄ quas qui
ipse facile intelligat, non si ad caput referat, per se ipse perspi-
perspiciat ciat. Veluti si minus quis cōpisset, ne sacris alligare-
tur: ac post de eius h̄eredibus aliquis exigisset pro
sua

LIBER SECUNDVS.

sua parte id, quod ab eo cuius ipse hæres esset, pre-
termisum fuisse, ea que pecunia non minor esset fa-
cta cum superiore exactione, quām hæredibus om-
nibus esset relictæ: qui eam pecuniam exegisset, so-
lum, sine cohæredibus sacris alligari. Quinetiam
cauent, ut cui plus legatum sit, quām sine religio-
ne capere licet: is per æs, & libram hæredem te-
stamenti soluat: propterea quod eo loco res est, ita
soluta hæreditate, quasi ea pecunia legata non esset.

Hoc ego loco, multis que alijs quero à uobis sc̄e- + Itaq; si
uole pontifices maximi, & homines meo quidem iu- uos tantū
dicio acutissimi, quid sit quod ad ius pontificium ci- modo pō-
uile appetatis, ciuilis enim iuris scientia pontifi- tices esse
cium quodam modo tollitis. nam sacra cum pecunia tis, ponti-
pontificum autoritate nulla lège coniuncta sunt. ficalis ma-
t Itaque usibus tantummodo pontificis esset: si pon- neret au-
tificialis maneret autoritas, sed quod idem iuris ci- toritas;
uulis, est spernitis: ac scientia illa eluditis. Placuit sed quod
P. Sc̄euole, & Coruncano pontificibus maximis, idē iuris
idem que ceteris, qui tantundem caperet, quantum ciuilis
omnes hæredes, sacris alligari. Habeo ius pontifici- estis peri-
um: quid huc accessit ex iure ciuilis partitionis caput, tibsimi,
scriptum caute, ut centum numi deducerentur. In- hac scien-
tia est ratio, cur pecunia sacrorum molestia li- tia illa illu-
beraretur. Quod si hoc qui testamentum faciebat, ditis.
caueret uoluisse: admonet iurisconsultus hic qui- tnoluisse

E dem



DE L E G I B V S

dem ipse Mutius pontifex idem, ut minus capias, quam omnibus heredibus relinquatur. Super dicebat quidquid cepisset, adstringi. Rursus sacris liberantur. Hoc uero nihil ad pontificium ius, & è medio est iure ciuili: ut per eis, & libram heredem testamenti soluam: eodem loco res sit, quasi ea pecunia legata non esset, si is cui legatum est, stipulatus est id ipsum, quod legatum est: ut ea pecunia ex stipulatione debeat: sitq; ea

Pleraq; desunt.

non doctum hominem sanè, cuius fuit Accius perfa-
miliaris: sed mensem credo extremum anni, ut uc-
teres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur.
Hostia autem maxima parentare, pietati esse adiun-
ctum putabat. Nam tanta religio est sepulchrorum,
ut extra sacra, & gentem, inferri fas negent esse:
id' que apud maiores nostros Torquatus in gente Po-
pilia iudicauit. Nec uero tam Denicales quæ à nece
appellatae sunt, t̄ qua residunt mortui, quam cate-
rorum cœlestium quieti dies, feriae nominarentur:
nisi maiores, eos qui ex hac uita migrassent, in deo-
rum numero esse uoluissent, eas in eos dies conferre
ius, ut nec ipsius, neque publice feriae sint: tota' que
huius iuris compositio pontificalis magnam religio-
nem ceremoniamq; declarat. neque necesse est edisse-
ri à nobis, quæ finis funesta familie: quod genus
sacri-

* quiare-
sidentur

LIBER SECUNDVS.

sacrificij lare ueruecibus fiat: quemadmodum os re-
iectum terræ obtegatur: quæque in porca confra-
eta iura sint: quo tempore incipiat sepulchrum esse:
& religione teneatur. At mihi quidem antiquissi-
mum sepulture genus id fuisse uidetur, quo apud
Xenophontem Cyrus utitur. redditur enim terre
corpus: & ita locatum, ac situm, quasi operimento
matris obducitur, eodem que ritu in eo sepulchro,
quod procul ad fontis aras, regem nostrum Numam
conditum accepimus, gentemq; Corneliam usque ad + usant
memoriam nostram, hac sepultura scimus esse + hu-
matam. C. Marij sitas reliquias apud Anienem disibi-
pari iussit Sylla uictor, acerbiore odio incitatus,
quam si tam sapiens fuisset, quam fuit uehemens.
quod haud scio an timens suo corpore posset ac-
cidere, primus è patricijs Cornelij igni uoluit cre-
mari. declarat enim Ennius de Africano:

Hic est ille situs

Verè: nam siti dicuntur ijs qui conditi sunt: nec tamen
eorum ante sepulchrum est quam iusta facta, & cor-
pus incensum est: & quod nunc communiter in omni-
bus sepulis penitus humati dicantur: id erat pro- Human
prium tum in ijs, quos humus iniecta contegeret:
cum que morem ius Pontificale confirmat. nam pri-
usquam int eos iniecta gleba est: locus ille ubi cre- + os
matum est corpus, nihil habet religionis iniecta gleba

B 2 tumulis



D E L E G I B V S

† tu et il tumulis, et humatus est, et sepulchrum uocatur: ac
lis huma- tum denique multa religiosa iura complectitur. Itaq;
tus est, in eo qui in naui necatum, deinde in mare proiectus
esset, decreuit P. Mutius familiam puram, quod os
supra terram non extaret porcam heredi esset. con-
tra censem habendas triduum ferias, et porco foemina
piaculum dare. si in mari mortuus esset: eadem preter
piaculum et ferias. Atti. Video que sint in pon-
tificio iure. Sed quero quid nam sit in legibus. M.
Pauca sanè Tite, et, uti arbitror, non ignota uo-
bis. sed ea non tam ad religionem spectant, quam ad
ius sepulchorum. Hominem mortuum inquit lex
in duodecim tabulis, in urbe ne sepelito, ne ue urito.
credo uel propter ignis periculum. quod autem
† Quid, addit ne ue urito: indicat non qui uratur sepeliri, sed
qui in ur- qui humetur. At. † Quid? qui post duodecim in urbe
be sepulti sepulti sunt? M. Claros uiros credo Tite fuisse: aut
sunt clari eos, quibus hoc ante hanc legē uirtutis causa tributū
uiri? M. est: ut Publicole, ut Tuberto: quod corū posteri iure
Credo, Ti tenuerunt: aut eos, si qui hoc, ut C. Fabricius uirtute,
fuisse, tis causa † consecuti sunt. Sed in urbe sepeliri lex ue-
aut eos, tat, sic decretum à pontificum collegio, non esse ius in
† soluti loco publico fieri sepulchrum. nostis extra portam
legib. cō- Collinam eadem honoris: et aram in eo loco fuisse me-
secuti sūt moriae proditum est: ad eam cum lamina esset inuen-
† Lamina ta, et in ea scriptum: † DOMINA HONO-
RIS:



L I B E R S E C V N D V S.

RIS: ea causa fuit ædis huius dedicandæ. sed cum
multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt. sta-
tuit enim collegium locum publicum non potuisse pri-
uata religione obligari. Iam cætera in duodecim, mi-
nuendi sunt sumptus, lamentationesque funeris,
translata de Solonis ferè legibus: H O C P L V S,
inquit, NE FACITO ROGV M, AS-
CIA NE POLIT O. nostis quæ sequun-
tur. Discebamus enim pueri duodecim, ut carmen
necessarium: quas iam nemo dicit. Extenuato igi-
tur sumptu tribus riciñjs, & uinculis purpure, &
decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem + M V + nulier
LIERES GENAS NE + RADVNTO; + carpito:
NE'VE LESSVM FVNERIS ERGO + habeto:
THABENTO. Hoc ueteres interpretes, Sextus
Elius, L. Acilius non satis se intelligere dixerunt: sed
suspiciari uestimenti aliquod genus funebris. Lelius
lessum quasi lugubrem ciulationem, ut vox ipsa si-
gnificat, quod eō magis iudico uerum esse, quia lex
Solonis id ipsum uetat. Hæc laudabilia & locuple-
tibus ferè cum plebe communia, quod quidem ma-
xime è natura est: tolli fortune discrimin in morte.
Cetera item funebria, quibus luctus augetur, duode-
cim sustulerunt, H O M I N I, inquit, MOR-
TVO NE OSSA LEGITO, Q V O
POST FVNVS FACIAT, exceptit bellicam

E 3 pere-



DE LEGIBVS

peregrinamq; mortem. Hec præterea sunt in legibus de uncitura: quæ seruulis uncitura tollitur: omnisq; circumpotatio, quæ et recte tolluntur: neque tolerentur, nisi fuissent. ne sumptuosa + res pessima longe corone, nec aceræ prætereantur. Illa iam significatio est, laudis ornamenta ad mortuos pertinere: quod coronam uirtute partam, et ei qui peperisset, et eius parenti sine fraude esse lex impositam iubet. Credo quod erat factitatum, ut uni plura fierent, lectiq; plures sternerentur. id quoque ne fieret lège + sanctum est, qua in lège cum esset, NE VE AVRVM. Vide hoc ADDITO, quam humanè excipiat. Altera lex loco ex- precipit, altera lex uetat. ut cui auro dentes uincti emplar essent, statim cum illo sepeliretur: et se fraudi esto: Parisianu et simul illud uidetote aliud habitum esse sepeliretur. Due sunt præterea lèges de sepulchris: quarum altera priuatorum ædificijs, altera ipsis sepulchris cauet. nam quod rogum bustum ue nouum uetat proprius sexaginta pedes adiici edes alienas inuito domino, incendium ueretur acerbum. Quod autem Heroum, id est, uestibulum sepulchri, bustum ue usuapi uetat: tuerit ies sepulchorum. Hec habemus in duodecim sanè secundum naturam: quæ norma lègis est. reliqua sunt in more: funus ut + inducatur: si quid ludorum domusq; funeris utatur accenso, atque lictoribus honoratorum uirorum laudes in concione

+ indica-
tur



LIBER SEQVNDS.

cione memorantor: easque etiam ad cantus ad tibicinem prosequantor. cui nomen Nænie, quo vocabulo etiam Græci cantus lugubres nominant. Qu. Gaudeo nostra iura ad naturam adcommodari; maiorumque sapientia admodum delector. M. Sed credo
Quinte ut ceteros sumptus, sic etiam sepulchrorum modum recte requiri, quos enim ad sumptus progressa iam ista res sit, in C. Figuli sepulchro uides.
Qu. Credo minimam olim istius rei fuisse cupiditatem: alioquin multa extarent + exempla maiorum. + ampla
Nostræ quidem lègis interpretes, quo capite iubentur sumptus, & luctum remouere a deorum manium iure hoc intelligunt: in primis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam, nec hæc à sapientissimis legum scriptoribus neglecta sunt. nam & Athenis iam ille mos à Cecrope (ut aiunt) permanxit, corpus terra humandi: quam cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obserbatur: ut sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur: solum autem frugibus expiatum ut uiuis redderetur. sequentur epule, quas + inibant propinqui coronati, a- pud quas de mortui laude, tum si quid ueri erat, predicabantur (nam mentiri nephas habebatur) ac ita iusta confecta erant. Postquæ, ut scribit Phalcreus, sumptuosa fieri funera, & lamentabilia coepissent: solo- nis lège sublata sunt, quam legem eisdem propè uer-

E 4 bis



DE LEGIBVS

bis nostri decemviri in decimam tabulam coniecerūt.
nam de tribus ricinijs, & pleraque illa Solonis sunt.
de lamentis uero expressa uerbis sunt: MVLIE-
RES GENAS NE RADVNTO: NE-
VE LESSVM FVNERIS ERGO HA-
BENTO. De sepulchris autem nihil est apud So-
lonem amplius, quām ne quis ea deleat, ne ue alienum
inserat: pœnaq; est, SI QVIS BVSTVM
(NAM ID PVTO APPELLARI TYM-
BON) AVT MONVMNTVM, in-
quit, AVT COLVMNAM VIOLA-
RIT, DEIECERIT, FREGERIT. Sed
pōst aliquanto propter has amplitudines sepulchro-
rum, quas in Ceramico uidemus, lēge sanctum est, ne
quis sepulchrum faceret operiosius, quām quod de-
cem homines effecerint triduo. Neque id opere te-
ctorio exornari: nec hermas hos quos uocant, lice-
bat imponi: nec de mortui laude nisi in publicis se-
pulturis, nec ab alio nisi qui publicē ad eam rem con-
stitutus esset, dici licebat. Sublata etiam erat cele-
britas uirorum & mulierum: quō lamentatio minue-
retur. Habet enim luctum concursus hominū, quocir-
ca Pittacus omnino accedere quenquam uelat in fu-
nus aliorum. Sed ait rursus idem Demetrius incre-
buisse eam funerum, sepulchorumq; magnificen-
tiā: quæ nunc ferè Romæ est, quam consuetudi-
nem



L I B E R S E C V N D V S.

nem lēge minuit ipse: fuit enim hic uir, ut scitis, non
solum eruditissimus, sed & ciuis è Republica maxi-
mè, tuendæ que ciuitatis peritissimus. Iste igitur sum-
ptus minuit non solum poena, sed etiam tempore: an-
te lucem enim iussit efferri. Sepulchris autem nouis fe-
niuit modum. nam super terræ tumulum noluit quid
statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiore: aut
mensam, aut labellum. & huic procriptioni certum
magistratum præfecerat. Hec igitur Atheniensis
tui. sed uideamus Platonem, qui iusta funerum reiicit
ad interpres religionum: quicm nos morem tenemus.
de sepulchris autem dicit hec, Vetus ex agro culto,
eo'ue qui coli posse, ullam partem sumi sepulchro:
sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, ut
mortuorum corpora sine detimento uiuorum reci-
piat, ea potissimum ut compleatur. quæ autem ter-
ra fruges ferre, & ut mater cibos suppeditare possit,
eam ne quis nobis minuat, ne'ue uiuus, ne'ue mortuus.
Ex iru autem uetat sepulchrum altius, quam quod
quinq; diebus absoluunt: nec è lapide excitari plus,
nec imponi, quam quod capiat laudem mortui inci-
sam, ne plus quatuor heroicis uersibus: quos longos
appellat Ennius. Habemus igitur huius quoque au-
toritatem summi uiri de sepulchris: à quo iterum
funerum sumptus præsinitur ex censibus à minis
quinque, usque ad minam. Deinceps dicit eadem

E S illæ



DE LEGIBVS

illa de immortalitate animorum, & reliqua post mortem tranquillitate bonorum, poenis impiorum. Habetis igitur explicatum omnem (ut arbitror) religionis locum. Q. Nos uero frater, & copiose quidem: sed perge ad cetera. M. Pergam equidem: & quoniam libitum est uobis, me ad hæc impellere: hodierno sermone conficiam spero: hoc præsertim die. uideo enim Platonem idem fecisse, omnemq; orationem eius de legibus peroratam esse uno æstuio die, sic igitur faciam, & dicam de magistratibus. id est enim profecto, quod constituta religione, Rempublicam contineat maximè. Atti. Tu uero dic, & istam rationem quam cepisti, tene.

M. T. CICERONIS

*de natura
de morib; de Legibus liber tertius.
Platoni. q; i. legibus.*

M A R C V S.



E QV AR igitur, ut institui, diuinum illum virum: quemquadam admiratione commotus, se pius fortasse laudo, quam necesse est. Atti. Platonem uidelicet dicisse M. Iustum ipsum Attice. Atti. Tu uero cum nec nimis ualde unquam,

me

L I B E R T E R T I V S.

nec nimis sepè laudaueris: nam hoc mihi etiam nostri illi, qui neminem nisi suum laudari uolunt, concedūt: ut cum arbitratu meo diligam. M. Bene hercle faciunt: quid enim est elegantia tua dignius, cuius & uita & oratio consecuta mihi uidetur dificillimam illam societatem grauitatis cùm humanitate? Atti. Senè gaudeo quòd te interpellauit; quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicij tui testimonium: sed perge ut cœperas. M. Laudemus, igitur prius legem ipsam ueris & proprijs generis sui laudibus. Atti. Sane quidem: sicut de religionum lège fecisti. M. Videlis igitur, magistratus hanc esse uim, ut præsit: præscribatq; recta, & utilia, & coniuncta cum legibus, ut enim magistratibus lèges, ita populo præsunt magistratus: uereq; dici potest magistratum legem esse loquentem: legem autem mutum magistratum. Nihil porrò tam aptum est ad ius, conditionemq; nature (quòd cùm dico legem, à me dici nihil aliud intelligi uolo) quam imperium: sine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersus genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. nam & hic Deo paret: & huic obediunt maria terræq;: & hominum uita iussi supremæ legis obtemperat. Atque ut ad ceteriora ueniam, & notiora nobis: omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperij primùm ad homines

iusti-

difficil.
7/ sepius
grauit.



DE LEGIBVS

iustissimos, & sapientissimos deferebatur: idq; in re-
publica nostra maxime uuluit: quoad ei regalis pote-
stas præfuit. Deinde etiam deinceps posteris prode-
batur: quod & in his etiam qui nunc regnant manet.
Quibus autem regia potestas non placuit: non iij ne-
mini, sed non semper uni parere uoluerunt. Nos au-
tem quoniam lèges damus liberis populis, quæ que
de optima republica sentiremus, in sex libris ante di-
ximus: adcommodabimus hoc tempore lèges ad illum
quem probamus, ciuitatis statum. Magistratibus igit
ur opus est: sine quorum prudentia ac diligentia esse
ciuitas non potest: quorumq; descriptione omnis rei
publicæ moderatio continetur. Neque solum ijs præ-
scribendus est imperandi, sed etiam ciuibus obtem-
perandi modus. Nam et qui bene imperat, paruerit
ali quando necesse est: et qui modestè paret, uidetur
qui aliquando imperet dignus esse. Itaque oportet &
cum qui paret, sperare se aliquo tempore imperatu-
rum: & illum qui imperat, cogitare breui tempore
sibi esse parendum. Nec uero solum ut obtemperent,
obediantq; magistratibus, sed etiam ut eos colant,
diligant que, præscribimys: ut Charondas in suis
facit legibus. Noster uero Plato Titanum è ge-
nere statuit eos, qui ut illi cœlestibus, sic hi aduer-
sentur magistratibus. Que cum ita sint, ad ipsas
iam lèges ueniamus si placet. Atti. Mihi uero &
istud

vij lib.
et p. 4.

L I B E R T E R T I V S .

istud, & ordo iste rerum placet.

M. Iusta imperia sunt: ijsq; ciues
modeste, ac sine recusatione parento.

Magistratus nec obedientem, &
noxiū ciuem mulcta, uinculis, uerbe-
ribū sue coērcento: ni par, maiōrue po-
testas, populū sue prohibescit: ad quos
prouocatio esto.

Cūm magistratus iudicassit, inter Corrup-
tē alias le-
rogassitue, per populum mulctæ pœ- gitur: Mē
nae certatio esto. nores ma-
gistratus

Militiæ ab eo, qui imperabit, pro partiti ius
uocatio ne esto: quodq; is qui bellum ris plures
geret imperascit, ius ratumq; esto. in prælia
sunt.

+ Minores magistratus periti ius + Eorū q
ris plures in prælia sunt.

Militiæ quibus iussi erunt impes Tribuni
ranto: + eorumq; tribuni sunt. sunto, da
mi publi-
cā pecuniā
am custo-
diunto.

Domi pecuniam publicam custo-
diunt.

DE LEGIBVS

diunto.

*V*incula sōtium seruanto: capita
lia uindicanto: æs, argēntum, aurūmue
publicè signanto.

Lites contractas iudicanto.

Quodcunque senatus creuerit, a-
gundo.

Sunt oq; ædiles curatores urbis,
annonæ, ludorumq; solemnum: ollisq;
ad honoris amplioris gradum, is pri-
mus adsensus esto.

Censores populi, æuitatis, soboles,
familias, pecuniasq; censento.

*V*rbis templauias, aquas, æras-
rium, uectigalia tuento.

Populiq; partes in tribus distri-
buunto.

Exin pecunias æuitatis ordines
partiunto.

Equi-

L I B E R T E R T I V S .

EQUITUM, PEDITUMQUE PROLEM DESCRIPTA
BUNTO.

Cælibes esse prohibento.

Mores populi regunto.

Probrum in senatu ne relinquuntur.

Bini sunt: magistratum quinque
nium habento.

Reliqui magistratus annui sunt:
eaque potestas semper est.

Iuris disceptator, qui priuata iudi-
cet, iudicariue iubeat, prætor esto: is
iuris civilis custos esto.

+ Huic potestatiparento: quotcumque huic po-
que senatus creuerit, populisue iusserit,
rit, tot sunt.

Regio imperio duo sunt: iisque præ-
eundo, iudicando, consulendo, præto-
res, iudices, consules appellanto.

Militie summum ius habento.

Nemiri.



DE LEGIBVS

Nemini parento; ollis salus popu-
lis suprema lex esto.

Eundem magistratum ni interfue-
rint decem anni, ne quis capito.

Aequitatem annali lēge seruanto.

Ast si quando duellum grauius,
discordia ciuium, estunto ne amplius
sex menses, si senatus creuerit, idem
iuris quod duo consules tenento: isq;
aue sinistra dictus, populi magister
esto.

* equite † Aequitatem quicunq; regat ha-
beto, pari iure cum eo quicunque erit
iuris disceptator.

Ast quando consulis est, magistra-
tus ue populi, reliqui magistratus ne-
sunt.

Auspicia patrum sunt: olliq; ex
comita- se produnto, qui † comitijs creare con-
sules

LIBER TERTIVS.

ſules rite poſſint.

Imperia, potestates, legationes
cūm ſenatus creuerit, populū ſue iuſſe-
rit, ex urbe exeunto.

Duella iusta iustē gerunto; ſocijs
parcunto.

Se, & ſeruos continento: populi
ſui gloriā augento: domum cum lau-
de redeunto: rei ſuæ ergo ne quis le-
gatus eſto.

Plebes, quos pro ſe contra uim
auxiliij ergo decem creauit, tribuni
ſunto.

Quodq; iij prohibeſcint, quodq; ple-
bem rogaſſint, ratum eſto: ſancti q; ſun-
to: néue plebem orbam tribunis relin-
quanto.

Omnis magistratus auſpicium, iu-
diciū q; habēto: exq; ijs ſenatus eſto:

F cius

DE LEGIBVS
eius decretarata sunt.

At nisi potestas par maiorue
prohibesset S. C. præscripta ser-
uanto.

Is ordo uicio uacato: cæteris spe-
cimen esto.

Creatio magistratuum, iudicia, po-
puli iussa, uetita, cum sciscentur suf-
fragia optimatibus nota, plebi libera
sunto.

At si quid erit, quod extra magi-
stratus quo ærario ex usu sit qui coer-
cet, populus creato, eiq; ius coercendi
dato.

Cum populo patribusq; agèdi ius
esto consuli, prætori, magistro populi,
equitumq;, eiq; quem produnt patres
consulum rogādorum ergo: tribunisq;
quos sibi plebs roga sicut ius esto cum pa-
tribus

L I B R T E R T I V S .

tribus agendi idem ad plebem , quod
censuerint ferunto.

Quæ cum populo , quæ cum patri-
bus agentur , modica sunt.

Senatori qui nec aderit , aut cou-
sa , aut culpa esto .

Causas populi teneto .

Vis in populo abesto : par maiorum
potestas plus ualeto . Ast qui turbassi
tur in agendo , fraus + authoris esto : in- + actoris
tercessor rei malæ salutaris ciuis esto .

Qui agent auspicia seruanto .

Auguri publico parento .

Promulgata , proposita , in aerario
cognita , agunto .

Nec plus quam de singulis rebus se-
mel consulunto .

Rem populum docento .

Doceri à magistratibus priuatissimis

F 2 pati



DE LEGIBVS
patiunto.

Priuilegia ne irroganto de capitē
ciuis, nisi per maximum comitatum: olo-
losq; quos censores in partibus populi
locassint, ne ferunto.

Vim ne faciunto, donum ne capiun-
to: né ue danto, né ue petenda, né ue ge-
renda, né ue gesta potestate.

Quod quis earum rerum migras-
sit, noxiæ poena par esto.

Censoris fide legem custodiunto.

Priuata ad eos acta referunto,
nec eo magis lēge liberi sunt.

Lex recitata est. disce rem, & tabellam iubebō da-
ri. Qu. Quām breui frater in conspectu posita
est à te omnium magistratuum descriptio: sed est pe-
nē nostræ ciuitatis. & si à te paululum adlatum est
noui. M. Rectissimè Quinte animaduertis: hec
est enim, quam Scipio laudat in libris: & quam
maxime probat temperationes Reipublicæ, quæ effi-
ci non

L I B E R T E R T I V S.

ei non potuisset: nisi tali descriptione magistratum,
Nam sic habetote, magistratibus, iſſ que qui præſunt,
contineri Rem publicam: & ex eorum compositione,
quod cuiusque Reipublicæ genus fit, intelligi. Que
res cùm sapientissimè, moderatissimeq; constituta
esſet à maioribus nostris: nihil habui ſanè, non modò
multum quod putarem nouandum in legibus. Atti.
Reddes igitur nobis, ut in religionis lēge fecisti ad-
monitu, & rogaru meo: ſic de magistratibus, ut di-
ſputes, quibus de cauſis maximè placeat iſta descri-
ptio. M. Faciam Attice ut uis: & locum iſtuſ totum,
ut à doctiſſimiſ Græcia quaſitum, & diſputa-
tum eſt, explicabo: & ut iſtitui noſtra iura attin-
gam. Atti. Iſtud maximè expecto diſſerendi ge-
nus. M. Atqui pleraque ſunt dicta in illiſ libriſ,
quod faciundum fuit, cùm de optima Republica que
reretur. ſed huius loci de magistratibus ſunt propria
quađam, à Theophrasto priuū, deinde à Dione
Stoico quaſita ſubtilius. Atti. Aīn tandem? etiam à
Stoiciſ iſta tractata ſunt? M. Non ſanè, niſi ab eo,
quemmodò nominaui: & poſtea à magno homine,
& in primis eruditio, Panatio. nam ueteres uerbote-
nus, acute illi quidem, ſed non adhunc uſum popula-
rem, atque ciuilem, de Republica diſſerebant. Ab
hac familiā magis iſta manarunt Platone principē:
poſt Aristoteles illuſtrauit omnem hunc ciuilem in di-

DE LEGIBVS

ſputando locum: Heraclitesq; Ponticus profectus ab eodem Platone. Theophrastus uero institutus ab Aristotele abundauit, ut scitis, in eo genere rerum: ab comedemq; Aristotele doctus Dicæarchus, huic rationi studioq; non defuit. post à Theophrasto Phalereus ille Demetrius, de quo feci suprà mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, octoq; non modo in ſolem, atque puluerem, ſed in ipsum atſcri-
men, aciemq; † produ-
xit.

et medicriter do-
ctos, magnos in Republica uiros, et doctos homi-
nes non minus in Republica uersatos, multos comme-
morare poſſumus. qui uero utraque re excelleret, ut
et doctrine ſtudijs, et regenda ciuitate princeps
eſſet, quis facile preter hunc inueniri potest? Atti.
Puto poſſe: et quidem aliquem de tribus nobis. ſed
perge ut coeperas. M. Quid ſtum igitur ab illis eſt,
placeret ne unum in ciuitate eſſe magistratum, cui re
liqui parerent: quod exactis regibus intelligo placuisse
noſtris maioribus. Sed quoniam regale ciuitatis
genus probatum quondam, poſtea non tam regni,
quam regis uicijs repudiatum eſt: nomen tantum ui-
debitur regis repudiatum, res manebit: ſi unus om-
nibus reliquis magistratibus imperabit. Quare nec
Ephori Lacedemone ſine cauſa à Theopompo oppo-
ſiti regibus, nec apud nos consulibus tribuni. Nam
illud quidem ipſum quod in iure poſitum eſt, habet
con-



LIBER TERTIVS.

consul: ut ei reliqui magistratus omnes pareant, excep-
to Tribuno, qui post extitit: ne quod fuerat, esset.
hoc enim primum minuit consulare ius: quod exti-
tit ipse, qui in eo non teneretur: deinde, quod attulit
auxilium reliquis non modo magistratibus, sed etiam
priuatis, Consuli non parentibus. Qu. Magnum di-
cis malum: nam ista potestate nata, grauitas optima-
tum cecidit: conualitq; ius multitudinis. M. Non est
ita Quinte. non enim ius illud solum superbius popu-
lo, sed uiolentius uideri necesse erat: quo postea quam
modica & sapiens temperatio acceſbit, conuersa lex
in omnes eſt.

Multa defunt.

DOMVM CVM LAVDE REDE-
VNTO. Nihil enim praeter laudem bonis, atque
innocentibus, neque ex hostibus, neque a socijs repor-
tandum. iam illud apertum profecto est, nihil esse
turpius, quam quenquam legari nisi Republicæ cau-
ſa. Omitto quemadmodum isti se gerant, atque gesse-
rint, qui legatione hereditates, aut syngraphas suas
persequantur, in hominibus est hoc fortasse uicium. + procul
Sed quero quid re ipsa sit turpius, quam sine + pro- ratione
uocatione senator, legatus sine mādatis, sine ullo Rei-
publicæ munere? Quod quidem genus legationis ego
consul, quanquam ad commodum Senatus pertinere

F 4 uide-



DE LEGIBVS

uideatur, tamen approbante senatu frequentissimo, ni
si mihi leuisimus tribunus pleb, intercessisset, sustu-
lisse. tamen minui tempus: & quod erat infinitum,
annuum feci. ita turpitudo manet, diuturnitate subla-
ta. Sed iam, si placet, de prouincijs discedatur: in ur-
bemq; redeatur. Atti. Nobis uero placet. sed ijs qui in
prouincijs sunt, minimè placet. M. At uero Tite si pa-
reant his legibus, nihil erit his urbe, nihil domo sua
dulcius, nec laboriosius, molestiusq; prouincia. Sed
sequitur lex, que sancit eam tribunorum plebis po-
testatem, que in Republica nostra, de qua dissensi ni-
hil necesse est. Qu. At me hercle ego frater quero
de ista potestate quid sentias. nam mihi quidem pesti-
fer a uidetur: quippe que in seditione, et ad seditionem
nata sit: cuius proprium ortum si recordari uolumus;
inter arma ciuiū & occupatis, & obfessis urbis locis
procreatum uidemus. deinde cum esset citò legatus,
tanq; ex X II tabulis, insignis ad deformitatem puer
breui tempore nescio quo pacto creatus: multoq; te-
trior, & foedior natus est. Quem enim ille non edidit,
qui primū ut impio dignum fuit, patribus omnem
honorem eripuit? omnia infima summis paria fecit,
turbauit, miscuit: cum adfixisset principum grauita-
tem, nunquam tamen conquieuit. Atque ut Cn. Fla-
minium, atque ea que prisca uidentur, propter uetus
statem relinquam, quid iuris bonis uiris T. Gracchi
tribu-



LIBER TERTIVS.

tribunatus reliquit: & si quinquennio antè, Decium
Brutum, & Publum Scipionem Consules (quos, &
quantos uiros?) homo omnium infimus, & sordidissi-
mus trib. pleb. P. Curiatius ad uincula coniecit: quod
antè factum non erat. C. uero Græchus ruinis, et emis-
siis, quos ipse se proiecisse in forum dixit; quibus di-
gladiarentur inter se ciues, non ne omnem Reipu-
blicæ statum permutoauit: quid iam de Saturnini sup-
plicio reliquisq; dicam? quos ne depellere quidem à se
sine ferro potuit Respublica? cur autem aut uetera,
aut aliena proferamus potius, quam et nostra, et recen-
tia? Quis unquam tam audax, tam inimicus nobis fu-
isset, ut cogitaret uni de statu nostro labefactando: ni
mucronem aliquæ tribunitium excusisset in nos? Quæ
cum homines scelerati, ac perditæ non modò ulla in do-
mo, sed ne ulla in gente reperirent gentes sibi in tene-
bris Reip. perturbandas putauerunt, quod nobis quidē
egregium, & ad immortalitatè memoriæ gloriosum,
neminem in nos mercede ulli potuisse tribunū reperi-
ri, nisi cui nec esse quidē licuisset tribuno. Sed ille quas
strages edidit: eas uidelicet, quas sine ratione, ac sine
ulla spe bona, furor edere potuit impuræ belua multo
rum inflamatus furoribus. Quamobrem ista quidē re-
uehemeter Sylla probo, qui tribunis pleb. sua lēge in-
tiria facienda potestatē ademerit: auxilium ferēdi re-
liquevit: Pōpriumq; nostrū ceteris rebus omnibus sem-

F S per



DE LEGIBVS.

per amplissimis summisq; effero laudibus: de tribunitia potestate taceo: nec enim reprehendere libet, nec laudare possum. M. Vicia quidem tribunatus preclarè Quinte perspicis. sed est iniqua in omni re accusanda, prætermisso bonis, malorum enumeratio, uiciorumq; selectio: nam isto quidem modo uel consulatus uituperabilis est: si consulum, quos enumere nolo, peccata collegeris. Ego enim fateor in ipsa ista potestate inesse quiddam mali. sed bonum quod est quæsumus in ea sine isto malo non haberemus. Nominia potestas est tribunorum plebis, quis negat? sed uis populi multò senior, multoq; uehementior, quæducem quod habet, interdum lenior est: quam si nullum haberet. dux enim suo periculo progreedi cogitat. populi impetus periculi rationem sui non habet. at

† intendi- aliquando † incenditur: & quidem sepè sedatur.
tur: quod enim est tam desperatum collegium, in quo ne-
mo è decem sana mente sit? Quin per ipsum Tibe-
rium Gracchum non solum uetus, sed etiam sublatius
intercessor fuerat. Quid enim illum aliud perculit, ni-
si quod potestatem intercedendi college abrogauit?
sed tu sapientiam maiorū in hoc uide, concessa plebi à
patribus ista potestate arma ceciderunt: restincta se-
ditio est: inuentum est temperamentum: quo tenuio-
res cum principibus æquari se putarint. in quo uno
fuit ciuitatis salus. At duo Gracchi fuerunt, & pre-
ter



L I B E R T E R T I V S.

ter eos, quamuis enumeres multos licet: cūm denique crearentur, nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos + leues & non + bonos fortasse plures. Inuidia quidem summus ordo caret: plebs de suo iure periculosa contentiones nullas facit. quamobrem aut exigendi rēgēs non fuerunt: aut plebi re, non uerbo danda libertas. que tamen sic data est, ut multis praeclarissimis addiceretur, ut authoritati principum cederet. Nostra autem causa quæ optime & dulcissime frater incidit in tribunitiam potestatem: nihil habuit contentionis cum tribunatu. non enim plebs incitata nostris rebus inuidit: sed uincula soluta sunt: & seruitia incitata, adiuncto terrore etiam militari. neque nobis cum illa tum peste certamen fuit: sed cum grauiissimo Reipub. tempore: cui si non ceßisset, non diuturnum beneficij mei patria fructum tulisset. Atque hoc rei exitus indicauit. quis enim non modò liber, sed etiam seruus, libertate dignus fuit, cui nostra salus chara non esset? Quod si is casus fuisset rerum, quas pro salute Republicæ gesimus, ut non omnibus gratus esset: et si in nos multitudinis uis furentis inflammata inuidia pepulisset tribunitia: quis in me populum sicut Gracchus in Lentem, Saturninus in Metellum incitasset? ferremus ò Quinte frater, consolarentur q̄ nos non tam philosophi, qui Athenis fuerunt, & qui hoc facere debent,

quām



DE LEGIBVS

quam clarissimi viri, qui illa urbe pulsati carere ingra-
ta ciuitate, quam manere in improba maluerunt
Pompeium uero quod una ista in re non ualde pro-
bas: uix satis mihi illud uideris attendere: non solum
ei quod esset optimum uidendum fuisse, sed etiam
quid necessarium. sensit enim deleri non posse huic
ciuitati illam potestatem. quippe quam tantoperè po-
pulus noster ignotam expetisset: qui posset carere co-
gnitus Sapientis autem ciuius fuit, causam nec perni-
ciosam, & ita popularem, ut non posset obſisti perni-
ciosę, populari ciui non relinquere. Scis solere fra-
ter in huiusmodi sermone, ut transiri alio posset, ad
diorum at modum dici. Qu. Prorsus ita est: haud equidem
modum. adſentior: tu tamen ad reliqua pergas uelim. M.
Perſeueraſt quidem, & in tua ueterē ſententia per
manes. Qu. Nunc me hercle. Atti. Ego ſanè à Quinto
noſtro diſſentio. ſed ea quæ reſtant audiamus. M.
Deinceps igitur omnibus magistratibus auſpicio, &
iudicia dantur. iudicia, ut eſſet populi potefas, ad
quam prouocaretur, auſpicio, ut multos inutiles co-
mitatus, probabiles impedirent mora. ſep̄e enim po-
puli impetum iniustum, auſpicioſi dij immortales re-
preſerunt. Ex ijs autem, qui magistratum coeperunt,
quod ſenatus conſulto efficitur, popularē ſanè nem
nem in ſummum locum niſi per populum uenire ſub-
lata cooptatione censoria. Sed preſto eſt huius ui-
cij tem-



L I B E R T E R T I V S.

cij temperatio: quod senatus lēge nostra confirmatur
authoritas, sequitur enim, EIVS DECRETA
R A T A S V N T O. Nam ita se res habet, ut si se-
natus dominus sit publici consilij, quod' que is creue-
rit, defendant omnes: & si reliqui principes ordi-
nis consilio Rempublicam gubernari uelint: possint
ex temperatione iuris, cūm potestas in populo, au-
thoritas in senatu sit, teneri ille moderatus, & con-
tors ciuitatis status: præsertim si proximæ lēgi pare-
bitur. nam proximum est, IS ORDO VICIO
CARETO: C A E T E R I S S P E C I M E N
E S T O. Qu. Præclara uero frater ista lex: sed
& altera, ut & uicio careat ordo: & ut censorem
querat interpretem. Atti. Ille uero & si tuus to-
tus est ordo: gratissimamq; memoriam retinet consulatus tui,
pace tua dixerim, non modò censores,
sed etiam iudices omnes potest defatigare. M. Omit-
te ista Attice: non enim de hoc senatu, nec his de ho-
minibus, qui nunc sunt, sed de futuris, si qui forte
his legibus parere uoluerint, hæc habetur oratio.
Nam cūm omni uicio carere lex tubeat, ne ueniet qui
dem in eum ordinem + quisquam uicij particeps. id
autem difficile factu est, nisi educatione quadam &
disciplina, de qua dicemus aliquid fortasse, si quid fue-
rit loci, aut temporis. Atti. Locus certè non dee-
rit: quoniam tenes ordinem legum: tempus uero lar-
gitur



DE LEGIBVS

gitur longitudo diei. ego autem etiam si præterieris,
repetam à te istum de educatione, & de disciplina lo-
cum. **A.** Tu uero & istum Attice, & si quem alium
præterij cæteris specimen esto: quod si est, tenemus
omnia: ut enim cupiditatibus principum, & uicijs in-
fici solet tota ciuitas: sic emendari & corrigi conti-
nentia. **V**ir magnus, & nobis omnibus amicus **L**. Lu-

Tessereba
tur quasi
commo-
disset,

cullus & cerebatur quām commodissimè respondisse,
cūm esset obiecta magnificentia uilla Tusculana,
duos se habere uicinos: superiorem equitem Roma-
num, inferiorem Libertinum: quorum cūm essent
magnifica uilla: concedi sibi oportere, quod his qui
tenuioris ordinis essent, liceret. Non uides Luculle
à te id ipsum natum, ut illi inciperent: quibus id, si tu
non faceres, non liceret? **Q**uis enim ferret istos, cūm
uideret eorum uillas signis, & tabulis refertas par-
tim publicis, partim etiam sacris, & religiosis? quis
non frangeret eorum libidines, nisi illi ipsi, qui eas
frangere deberent, eisdem tenerentur? Nec enim
tantum mali est peccare principes (quoniam est hoc
magnum per se ipsum malum) quantum illud, quod
permulti imitatores principum existunt. Nam li-
cet uidere, si uelis replicare memoriam temporum,
qualescumque summi ciuitatis uiiri fuerint, talem ci-
uitatem fuisse: quæcumque mutatio morum in prin-
Tsecutā
cipibus extiterit, eandem in populo & secutaram.
idq;



L I B E R T E R T I V S.

idq; haud paulò est uerius, quām quod Platonī na-
stro placet, qui musicorum cantibus mutatis, mu-
tarī ciuitatum status. Ego autem nobilium uita, ui-
ctu' que mutato, mores mutari ciuitatum puto. quō
pernicioſius de Republica merentur uiciosi princi-
pes, quōd non ſolum uicia concipiunt ipſi: ſed et in-
fundunt in ciuitatem: neque ſolum obſunt, quōd ipſi
corrumpuntur, ſed etiam quōd corrumpunt: plusq;
exemplu' quam peccato nocent. Atque hæc lex dilata-
ta in ordinem cunctum coangustari etiam potest.
Pauci enim, atque admodum pauci, honore & glo-
ria amplificati, uel corrumpere mores ciuitatis, uel
corrigere poſſunt. Sed hæc & nunc ſatis, & in + alijs ^{+ illis}
libris tractata ſunt diligentius. quare ad reliqua ue-
niamus. Proximum autem eſt de suffragijs, que iu-
beo nota eſſe optimatibus, populo libera. Atti. Ita
me hercle attendi: nec ſatis intellexi, quid ſibi lex,
aut quid uerba ista uellent. M. Dicam Attice, &
uerſabor in re diſſicili, ac multū & ſapē quaſita:
ſuffragia in magistratu mandando, aut de reo iudi-
cando, aut lēge, aut rogatione ſciscenda, clām an pa-
lām ferre melius eſſet. Qu. An etiam id dubium
eſt: uereor ne à te rursus diſſentiam. M. Non facies
Quinte nam ego in iſta ſum ſententia, quate fuſſe
ſemper ſcio: nihil ut fuerit in suffragijs uoce melius,
ſed obtineri an poſſit uidendum eſt, quare frater, bo-
na tua



DE LEGIBVS

Na tua uenia dixerim: ista sententia maxime, & fal-
lit imperitos: & obest sepiissimè Republicæ, cum ali-
quid uerum, & rectum esse dicitur, sed obtineri, id
est obſisti posse populo, negatur. Primum enim ob-
ſistitur, cum agitur ſeuere: deinde ui opprimi in ho-
na cauſa eſt melius, quam male cedere. Quis autem
non ſentit autoritatem omnem optimatium, tabula-
riam legem abſuliffe: quam populus liber nunquam
deſiderauit: idem oppreſſus dominatu, ac potentia
principum, flagitauit. Itaque grauiora iudicia de
potentifimis hominibus extant uoces, quam tabellæ.
Quamobrem ſuffragandi nimia libido in non bonis
cauſis eripienda fuit potentibus: non latebra danda
populo, in qua bonis ignorantiibus quid quiske ſenti-
ret, tabella uitiosum occultaret ſuffragium. Itaque
iſſi rationi, neque lator quisquam eſt inuentus: neque
autor unquam bonus. Sunt enim quatuor lēges ta-
bellaria: quarum prima de magistratibus mandan-
do: ea eſt Gabinia lata ab homine ignoto, & fordino.
Secuta biennio pōſt Caſſia eſt de populi iudicio: ea
à nobili homine lata eſt L. Caſſio: sed (pace familiæ
dixerim) diſſidente à bonis, atque omni rumusculos
populares ratione aucupante. Carbonis eſt tertia de
iubendis legibus, ac uetandis, ſeditioſi atque improbi
ciuīs. cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutem à bo-
nis potuit auferre. Vno in genere relinqui uidebatur.
nociſ



L I B E R T E R T I V S.

nocis suffragium: quod ipse Cassius exceperat per-
duellionis: dedit huic quoque iudicio Cælius tabel-
lam: nocuitq; quoad uixit, sed ut oppimeret Cælius
populum, nocuit & Republicæ. Et auus quidem
noster singulari uirtute in hoc municipio, quoad ui-
xit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio soro-
rem auiam nostram habebat: ferenti legem tabella-
riam. Excitabat etiam fluctus in simpulo, ut dicitur,
Gratidius: quos post filius eius Marius in Aegro ex-
citauit mari, ac nostro quidem. Quæ cùm res esset
ad se delata, Scaurus Consul, utinam, inquit, M.
Cicero isto animo, atque uirtute in summa Repub-
lica nobiscum uersari, quam in municipali malu-
isses. Qu. Quamobrem quoniam non recognoscim-
mus nunc lèges populi Romani: sed aut repetimus
eruptas, aut nouas scribimus: non quid ab hoc po-
pulo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicen-
dum puto. nam Cassia legis culpam Scipio tuus su-
stinet: quo autore lata esse dicitur. tu si tabellarium
tuleris, ipse præstabis, nec enim mibi placet, nec At-
tico nostro, quantum è uultu eius intelligo. Atti, Mi-
hi uero nihil unquam popularē placuit: eam que op-
timam Rempublicam esse duco, quam hic Consul con-
stituerat: que sit in potestate optimorum. M. Vos
demum, ut uideo, legem antiquastis, sine tabella. Sed
ego, & sisatis dixit pro se in illis libris Scipio, ta-

G men



DE LEGIBVS

men libertatem istam largiar populo, ut & autoritate ualeant, & utantur bonis. sic enim à me lex est recitata de suffragijs: OPTIMATIBVS NOTA, PLEBI LIBERA SVNTO. Quæ tolleret lex hanc sententiam continet, ut omnes lèges tollat, quæ postea latè sunt: quæ tegunt omni ratione suffragium, NE QVIS INSPICIAT TABELLAM: NE ROGET: NE APPELET. Pontes etiam lex Maria fecit angustos: quæ si opposita sunt ambitiosi, ut sunt ferè, non reprehendo: si ualuerint tantum lèges, ut ne sint ambitus, habeat sanè populus tabellam, quasi uindicem libertatis: dummodò hec optimo cuique, & grauissimo cui ostendatur: ultro' que offeratur, uti in eo sit ipsa libertas: quod populo potestas honestè bonis gratificandi datur. Eoq; nūc fiet illud quod à te modò Quin te dictum est: ut minus multos tabella condemet, quam solebat uox: quia populo licere satis est. hoc retento, reliqua uoluntas autoritati aut gratia traditur. Itaque ut omittam largitione corrupta suffragia: non uides, si quando ambitus fileat, queri in suffragijs, quid optimi uiri sentiant? Quamobrem lège nostrâ libertatis species datur: bonorum autoritas retinetur: contentionis causa tollitur. Deinde sequitur quibus ius sit cum populo agendi, aut cum senatu, grauis, & ut arbitror, præclara lex.

QVAE



L I B E R T E R T I V S.

Q V A E Q V E I N P A T R I B V S A G V N -
T V R M O D I C A S V N T O : id est moderata,
atque sedata. Actor enim moderatur & effingit
non modo mentem, ac uoluntates, sed pene uultus eo-
rum, apud quos agit. quod est in senatu non diffi-
cile: est enim ipse senator is, cuius non ad auditorem
referatur animus: sed qui per se ipse spectari uelit.
Huic iussa tria sunt: ut adsit: nam grauitatem res ha-
bet, cum frequens ordo est: ut loco dicat: id est roga-
tus: ut modo, ne sit infinitus, nam breuitas non modo
senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in senten-
tia. Nec est unquam longa oratione utendum, nisi
aut spectante senatu, quod fit ambitione sepiissime,
nullo magistratu adiuuante, tolli diem utile est: aut
cum tanta causa est, ut opus sit oratoris copia, uel
ad hortandum, uel ad docendum: quorum generum
in utroque magnus noster Cato est. Quod que addit,
C A V S A S P O P V L I T E N E T O, est sena-
tori necessarium nosse Rem publicam: id quod late patet:
quid habeat militum: quid ualeat aerario: quos so-
cios Res publica habeat: quos amicos: quos stipendia-
rios: qua quisque sit lege, conditione, sedere: tenere
consuetudinem decernendi: nosse exempla maiorum.
Videtis iam genus hoc omne scientiae, diligentiae, me-
moriæ esse: sine quo paratus esse senator nullo pacto
potest. Deinceps sunt cum populo actiones, in qui-

D E L E G I B V S

bus primum & maximum, VIS ABESTO nihil est
enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iu-
ri, & legibus, nihil minus ciuale est, & humanum,
quam composita, & constituta Republica. quidquam
agi per uim, parere iubet intercessori: quo nihil
præstantius. impediri enim bonam rem melius, quam
† actoris concedi malam. Quod uero † actores iubeo abesse
esse iubeo fraude, id totum dixi ex Crassi sapientissimi homi-
fraudem, nis sententia, quam senatus est secutus, cum decre-
uisset C. Claudio consule de Carbonis seditione re-
ferente: eo inuito, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri; quippe cui licet concilium, si-
mulatque intercessum, turbari que coepit sit, di-
mittere. Quod qui permouet, cum agi nihil po-
test, uim querit, cuius impunitatem amittit hac lè-
ge. Sequitur illud, INTERCESSOR REI
MALAE SALVTARIS CIVIS ESTO.
Quis non studiosè Republicæ subuenerit, hic tam
præclara legis uoce laudatus. Sunt deinde posita de-
inceps, quæ habemus etiam in publicis institutis, ac
legibus: AVSPICIA SERVANTO: AV-
GVRI PARENTO. Est autem boni auguris
meminiſſe maximis Republicæ commodis temporis-
bus præstò esse debere: Ioui'que optimo maximo se
consiliarium, atque administrum datum, ut sibi eos
quos in auspicio esse iussirit, cœli que partes sibi de-
fini-



L I B E R T E R T I V S .

sinitas esse traditas: è quibus sèpè opem referre pos-
sit, deinde de promulgatione, de singulis rebus agen-
dis, de priuatis, magistratibus'ue audiendis. Tū lèges
præclarissimæ de XII tabulis translate dux, quarum
altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, ni
si maximo comitatu uctat. nondum initis seditionis tri-
bunis plebis. Negocialis quidem, admirandum, tan-
tum m. iiores in posterum prouidisse, in priuatos ho-
mines lèges ferri noluerunt. id est enim priuilegium:
quo quid est iniustius: cùm legis hæc uis sit, scitum &
iussum in omnes, ferri de singulis, nisi centuriatis co-
mitijs nolucrūt. descriptus enim populus censu: ordini
bus, etatibus plus adhibet ad suffragiū auxiliij: quām
fusē in tribus conuocatus. Quo uerius in nostra cau-
sa uir magni ingenij, summaq; prudentia, L. Cotta di-
cebat, nihil omnino actū esse de nobis præterq; quod
comitia illa essent armis gesta seruilibus: propterea
neque tributa capitis, neq; comitia rata esse possent:
neque illa priuilegia: quo circa nihil nobis opus esse
lege, de quibus nihil omnino actum esset legibus. Sed
iussum est & nobis, & clarissimis uiris melius, de quo
Seruij & patroni tui sciuisse se aliquid dicerent: de
hoc eodem cunctam Italiam quid sentire ostendere.
Sequuntur de captis pecunijs, de ambitu leges. quæ
cùm magis iudicijs quām uerbis fanienda sint, adiun-
gitur, NOXÆ POENA PAR ESTO: ut

G 3 in



DE LEGIBVS

in suo uicio quisque plectatur: uis capite, auaritia
multis, honoris cupiditas signominia faniatur. Ex-
treme leges sunt nobis non usitatae, Reipub. necessa-
riæ. legum custodiā nullam habemus. itaque he lè-
ges sunt, quas apparitores nostri uolūt, à librarijs pe-
timus: publicis literis consignatam memoriam publi-
cam nullam habemus. Græci hoc diligentius, apud
quos νομοφύλακες creantur: nec hi solū literas (nā id
quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam fa-
cta hominum obseruabant: ad lègesq; reuocabant.
Hec detur cura censoribus: quandoquidem eos in Re-
publica semper uolumus esse: apud eosdem, qui magi-
stratu abierint, èdant, & exponant quid in magistra-
tu gesserint: deq; ijs censores præiudicet hoc in Græ-
cia sit, publicè constitutis accusatoribus, qui quidem
graues esse non possunt, nisi sint uoluntarij. Quocir-
ca melius est rationes referri, causamq; exponi cen-
soribus: integrā tamen legem accusatori, iudicioq;
seruari. Sed satis iam disputatum est de magistratibus
nisi forte quid desideratis. Atti. Quid si nos tacemus,
locus tamen ipse admonet, quid tibi sit deinde dicen-
dum? M. Mibi ne de iudicijs arbitror Pomponi: id
est enim iunctum magistratibus. Atti. Quid de iure
Populi R.o. quem: modum instituisti, dicendum nihil
putas? M. Quid tamen hoc loco est quod requiri ass.
Atti. Ego ne quod ignorari abijs, qui in Repub. uer-
satio



LIBER TERTIVS.

Suntur, turpisimū puto. Nam ut modò à te dictum est,
lēges à librarijs lego : sic animaduerto quosq; in ma-
gistratibus ignoratione iuris sui tantum sapere, quan-
tum apparitores uelint. Quamobrem, si de sacrorum
alienatione dicendum putasti: cùm de religione lēges
proposueras: faciendum tibi est, ut magistratibus lege
constitutis, de potestate, tum de iure disputes. M. Fa-
ciam breuiter: si consequi potero. nam pluribus uer-
bis scripsit ad patrem † suum, M. Iunius sodalis: peri-
tē meo quidem iudicio, & diligenter. At de iure ^{† tuum}
naturae cogitare per nos, & qua dicere de-
bemus, de iure populi Romani, qua relicta
sunt, & tradita. Atti. Sic profectō cen-
sco: & idipsum quod dicit,
exspecto.

Desunt multa.

G 4 PETRI



P E T R I V I C T O

rij quorundam locorum in libris hisce
de Legibus castigatio.

I N L I B R V M I.



IBROS de Legibus dici non potest, quam laceros, & corruptos habeamus: nec tamen destiti, ueteribus quibusdam codicibus comparatis, uidere an possem aliquibus illorum uulneribus meo labore, & diligentia mederi: quid præstiterim, eruditiores iudicabunt. non enim mihi uideor penitus omnem operam perdidisse, neque etiam multum (ut uerum fatear) perfecisse. quædam eorum, que mihi uisus sum correxisse, nunc recensebo, nonnulla ut certa, & plana omittam.

Nec uero ferent si audierint te primum capitulum optimum prodidisse. Sunt sane inquinatores & antiqui libri hac parte. ea tamen est in illis scriptura ut tutò corrigi posse putem, CAPVT LIBRI OPTIMI. Intelligit autem, nisi fallor, librum

Epi-

CASTIGATIO.

Epicuri, qui continebat appellatas ab ipso κυρίες
δοξας, id est, sententias maximè ratas, ut Cicero
interpretatur; nam multis locis de illis mentionem
facit. Primum eius libri caput erat hoc, cuius
sententiam nunc Cicero breuiter exponit: τὸ μα-
κάριον ηγέλη ἀφθαρτοῦ οὐτε αὐτὸν πράγματα εἴ-
χε οὐτε ἄλλω παρέχει, ωστε οὐτε δργαῖς οὐτε χά-
ρισι: συνέχεται, ἐμ̄ ἀδεινες γὰς τῶν τοιότορον.
Alibi autem diligentissime his uerbis interpretatur:
Quod æternum beatum que sit, id nec habere ipsum
negocij quicquam, nec exhibere alteri. Itaque neq;
ira, neque gratia teneri: quid quæ talia essent, imbe-
cilla essent omnia. Colligitur hoc ex Laërtio, qui
suum librum, uitamq; Epicuri his maximè ratis sen-
tentijs claudit. inquit enim: καὶ φερεῖ οὐρδὴν νῦν τὸν
κολοφῶνα, ὡς ἀμείποι τις, τὸ παντὸς συγχρόμ-
ματος ηγέλη τὸ εἰς τὸ φιλοσόφου τὰς κυρίας θεῖον
δόξας παραδέμενον, ήταν ταῖς τὸ πᾶν σύγχρον
μακαριώτερες τέλει χρηστάμενοι τῷ τις εἰ-
δικιμονίᾳς ἀρχῇ. Et primam hanc sententiam ponit.
(Caput) hoc significatu alibi à Cicerone usurpatum
est, ut in Lucullo. Ita nobis tacentibus ex uno Epicu-
ri capite, altero uestro perceptio & comprehensio
tollitur. Prodere autem caput (ut opinor) dixit quem-
admodum in eodem ipso libro, Prodere decretum.
Sapientie uero, quid futurum est: quæ neque de se

G S ipsa



PETRI VICTORII

ipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ Philosophi appellant δόγματα, quorum nullum sine scire lere prodi potest: cum enim decretum proditur, lex ucri, rectiū; proditur.

Vnde etiā illa Pythagoreauox: τὰ τῶν φίλων κοινόν) Grēcas hās uoces nulli manu scripti codices retinent: duo autem qui sunt in Diui Marci bibliotheca satis antiqui, unus Latinis, alter Longobardicis literis exaratus, illarum loco habet hēc uerba, D E AMICITIA LOCVS, quam adnotatiuncula quādam fuisse in margine ab aliquo collocatam, credimus: postea autem ab imperitis librarijs in ordinem uerborum Ciceronis importunè translatam. Grēca tamen uerba ubi inuenimus, reliquimus: quis certi non simus an illa sint quæ Cicero intelligit. acutioribus igitur ingenijs hoc iudicandum relinquemus: utramq; tamē Pythagoræ fuisse sententiam, & ab illo primum pronunciata, à Laertio in eius uita didicimus, qui Timēum hoc tradere his uerbis adfirmat, Εἶπε τε πρῶτος ὡς φησὶ τίμαιΘ, κοινά τὰ φίλοι ρέιναι, καὶ φίλια ἐργάται.

IN LIBRVM II.

Divinissima autem dona habes, & forma, &c.)

Sic

CASTIGATIO.

Sic non pauci impressorum codicum habent: in alijs autē (qui meliores putantur) adhuc depravatiū est.
DONA HABENT ET FORMAE. Legendum est
ex Platone, unde totus hic locus sumptus est: AVES
ET FORMAE. Quare prior lectio ueræ propinquior,
abundante ferè tantū in ea aspiratione: nam B pro
V frequenter capiebatur. Hec sunt uerba Platonis in
libro XII de Legibus, que Cicero elegantiissimè inter-
pretatur: γῆ μονὸς ὁ οὐκ ἔστι τε οἰκάστη Θεός πᾶσι
πάντωρ θεῶμ: μηδεὶς δὲ μέντερος θεός καθεγότω
θεοῖς χρυσός δὲ καὶ ἄργυρος Θεοῖς οὐδὲ πόλεσιν
ισία τε καὶ ἐροῦσις εἰσὶν επίφενον οὐκέτι μα, ἐλέφας
δὲ ἀπολελοιπότος τυχὼν σώματος οὐκέτι εὔχεται
ἀνάγκη μα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκός πολέμουρογε
να. ξύλα δὲ μονόξυλοροτι οὐκέτι εἴλησις ἀνατιθέτω
καὶ λίθος ὡς ἄντως πρόστακοιναί εργάζεται, οὐδέ μη
πλέον ἔργον γνωσκός μιᾶς ἐμμένομ: γράμματα
δὲ λαϊκὰ πρέπονται οὐδὲν θεοῖς, εἴη ιηγή αὐλοθι μηδὲ μηδὲ
βάσιματα μηδὲ μη προσφέρεται, οὐδὲν δὲ τὰ πο-
λέμια κοσμήματα θάστατα μηδένα φέρεται τε
ηούς ηγάλματα. οὐταπέρ οὐδὲ μηδὲ λωγράφος
ημέρας εἰς ἀποτελλεῖ, οὐδὲ τάλλακέσω κατὰ τὰ τοιαν-
τα ἀναθήματα μεμιγμένα.

IN LIBRVM III.

Censores populi, ciuitatis faboles, familias, pecu-
niias



PETRI VICTORII

niasq; censento) Veteres libri, POPVLI AEVITATES SOBOLES, &c. sed neq; h̄c tantum sed alijs etiam locis in hac lēge hoc nomē restituimus, cū semper in eundem errorem incidisset librarius ut paulo pōst, Exin pecunias æuitates, ordines partiu to, cū antea ciuitatis esset. Aeuitas autem pro æuo in usū fuit apud antiquos, authore Non. Marcellō de proprietate uerborum, qui etiam adducit Varronis Tithono uel περὶ γῆς, hunc locum: Quia uoluntatem æuitatis extima attigit metā æuitas. Studiose autem in hac lēge describenda Cicero prīsa uerba sectatur.

Mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, ocioq; non modō in solem, atque puluerem, sed in ipsum disserimen, aciemq; produxit) Antiqua exemplaria quadam parte horum uerborum ualde deformata sunt & corrupta, ibi scilicet, ocioq; sic enim habent, EX VMBRACVLIS ERVDITO RVM QVAE HODIE QUE NON MODO, &c. quibus uerbis nihil inquinatiū dici, aut cogitari potest: & tamen cum tantopere recepta lectio à ueterē dissentiat, dubitandum est an in noua insit uiciū, & an supposita sit ab aliquo, ne locus hic tam turpiter fœdatus appareret, cū antiquam se posse corrigerē ille desperasset: quod mihi etiam accidit. nihil enim




CASTIGATIO.

enim unquam synceri elicere potui ex tā peruersa lectione: nec tamē committendum fuit, ut hec quamuis perturbata uestigia delerentur: si forte ab aliquo illicis ducibus posset quandoque genuina lectio indagari: & ob hanc causam ipsa testata hic esse uolui, nam receptam lectionem non uariaui, quamuis aliquantulum ob hoc mihi suspecta esset. Locus est in Bruto, ubi eadem serè de Phalereo pronunciat, & parū omnino mutatis uerbis: nec tamen hoc quoq; auxilio potui uerā & legitimam lectionem excogitare, ita enim de illo loquitur, Phalereus enim successit eis senibus a doleſcens, eruditissimus quidē ille horum omnium, sed non tam armis institutus, quam palestra, itaq; delectabat magis Athenienses, quam inflammabat, processerat enim in solem, & puluerem, non ut ē militari tabernaculo, sed ut ē Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Alter autem (non tamē huic tam similis) locus est in epistola ad Brutum, que ante παρέσθεται legitur, qui uidetur communem lectionem adiuvare. Ego uero illa ipsa, que uix in gymnasij in ocio Stoici probant, ludens conieci in communes locos: quare in ea fortasse acquiescendum.

FINIS.









VD16
PV
X



urum: unde vnu etiam
spus. c. **H**oc
lontas nū accedit celestis. q.
decipit ou negotiatur celus ager
fir alienū negotiū ut tuū non
ablinistis autem in predicto ut
tibi nō nocet. **E**cce. ibidem
q. būsidon hospitalitus p. a
entes. k. **P**auinas. q. **C**irca
viii. **P**annio. v. d. **C**irca. m
Vitas. **Q**ui est latens
Vibas. ab aliore vnu in
tributū libe esse expectat i spacia
negare. et lār vnu omni regione
omni subiectus sit i phis qui q
vnt quā solum p. a. m
nō credidit. q. **C**irca. m



M· T· CICE-
RONIS DE LEGI
bus Libri III. in gratiam studio-
rum ex alijs eius operibus
separati.

Castigationes aliquot locorum Petri Vi-
ctorij ad calcem adiecimus.



COLONIAE AGRIPPINÆ
Excudebatur Gualthero Fabricio IV. L.
M. D. LVIII.

